mus in omnem hanc turbam
escas. Erant autem fere uiri. v.
milia. Ait autem ad discipulos suos. Fa
cite illos discumbere per conuiuia
quinquagenos. Et ita fecerunt. et omnes
discubuerunt. Acceptis autem v.
panibus et duobus piscibus. respexit
in celum. et benedixit. et fregit. et
distribuit discipulis suis. ut ponerent
ante turbas. Et manducauerunt
omnes et saturati sunt. Et sublatum est quod sup
fuit illis. fragmentorum cophini
xii. Et factum est cum esset solus o
rans. erant cum illo et discipuli.
Et interrogauit illos dicens. Quem
me dicunt esse turbe. At
illi responderunt et dixerunt. Iohannem
baptistam. alii autem heliam. alii quia
propheta unus de prioribus surrexit. Dixit autem
illis. Vos autem quem me esse dicitis. Re
spondens symon petrus dixit. xpm dni.
At ille increpans eos. precepit ne cui
dicerent. dicens hoc. quia oportet filium ho
minis multa pati et reprobari a senioribus
et principibus sacerdotum et scribis. et oc
cidi. et die tercia resurgere. Dice
bat autem ad omnes. Si quis uult post me ue
nire. abneget semetipsum et tollat
crucem suam et sequatur me. Qui enim
uoluerit animam suam saluam facere. perdet eam. Nam qui per
diderit animam suam propter me. saluam faciet eam. Quid
enim proficit homini si lucretur uniuersum
mundum. seipsum autem perdat. et detrimentum sui
faciat. Nam qui me erubuerit et ser
mones meos. hunc filius hominis erube
scet. cum uenerit in maiestate sua
et patris. et sanctorum angelorum. Dico autem
uobis. uere. sunt aliqui hic stantes. qui non
gustabunt mortem. donec uideant
regnum dei. viiii.
Factum est autem post hec uerba. fere dies
viii. et assumpsit petrum et ia
cobum et iohannem. et ascendit in montem. ut ora
ret. Et facta est dum oraret species
uultus eius altera. et uestitus eius albus ful
gens. Et ecce duo uiri loquebantur
cum eo. Erant autem moyses et helias.
uisi in maiestate. et dicebant ex
cessum eius quem completurus erat in ierusalem.
Petrus uero et qui cum eo erant grauati erant
a sompno. Et euigilantes uiderunt
maiestatem eius. et duos uiros qui
stabant cum illo. Et factum est cum discede
rent ab illo. ait petrus ad ihm.

Dne bonu e nos hic ee. faciam
h' tria tabnacla. t' un. 7 mo. u. 7
el u. nesciens q'd diceret. H' a eo
loqnte. fca e nubes. 7 obumbrau
eos. 7 timuert intrantib; illis in nube.
7 uox fca e d nube dicens. hic e fili
ms dil'. ipm audite. 7 du fieret uox
inuent e ihc sol'. 7 ipi tacuert. 7
nem[...] dixert i ill' dieb. q'cq' ex
his q uidant. Fcm e a in seqnti
die dscendntib; ill' d monte. oc
currit ei turba multa. 7 ecce
uir d turba exclamau dicens.
Magr. obsecro te. respice in fi
liu meu. q unic e m. 7 ecce
sps apphnd eu. 7 subito clamat.
7 elidit. 7 dissipat eu c spuma.
7 uix disced dilanians eu. 7 roga
ui discip tuos ut eicert eu. 7
n potuert. Rndns a ihc dix. O
gnatio infidel. 7 puisa. usq'quo
ero ap uos. 7 patiar uos. Ad
duc huc filiu tuu. 7 c accedet.
elisit illu dmoniu 7 dissipau.
.C. Et icrepauit ihc spm in
mundu. 7 sanau puer. 7 red
didit illu pat' suo. Stupebat a
om's i magnitudine di. omibq; mi
rantib' in oib; his q faciet. dix
ad discip. suos. Ponite uos in cor
dib' uris smones istos. Filius e
ho. futur e ut tradat i man' ho
minu. 7 illi ignorabat ub istud.
7 erat uelatu an eos. ut non
sentirent ill'd. 7 timebat inter
gare eu d h. Intrauit a cogitatio
i eos. q's eor maior eet. At
ihc uidens cogitatoes cordis eor.
apphend puer. 7 statuit eu

sec se. 7 ait ill'. Q'cq; suscepit
pueru istu i noie meo. me re
cipit. 7 q'cq; me recip. recipit
eu q me misit. Na qui minor
e int' uos oms. hic maior. Rnds
a iohs dix illi. Pceptor. uidim'
qnda i noie tuo eicient de
monia. 7 phibuim' eu. q n seq'
te nobiscu. 7 ait ad illu ihc.
Nolite phibe. Q' e n e
ad'usum uos. p uob e. Fcm e a
du cplerent dies assumptionis ei'.
7 ipe faciem sua firmau ut iret
i ierlm. 7 misit nuntios an cspect
u suu. 7 euntes intrauert ciui
tate samaritanor. ut parare
illi. 7 n receperut eu. q facies ei'
erat euntis i ierlm. Cu uidis
sent a discip li ei'. iacob' 7 iohs
dixert. Dne uis dicim' ut ignis
descendat d celo. 7 csumat il
los. 7 cusus increpauit illos di
cens. Nescitis cui' sps estis.
Fili ho. n uen aias pdere sed
saluare. 7 abierunt ad a
liud castellu. Factu e a am
bulantib; ill' i uia. dix q'da
ad illu. Sequar te q'cq; ieris.
7 ait illi ihc. Vulpes foueas
hnt. 7 uo. ce. ni. fi. a h. n h; u
c. s. re. Ait a ad altm. Seq're
me. Ille a dix. Dne. pmitte
m pm ire. 7 sepelire patre
meu. Dixq; ei ihc. Sine ut
mor. se. mor. suos. tu a uade
annuntia regnu di. 7 ait alt. Seqr
te d. s; pm pmitte m ire 7
renuntiare his q domi s. Ait ad
ill' ihc. Nemo mittens m. s. ad a.
7 aspiciens retro [...] ap. e regno di.

x. Post h' a' d'signavit dñs . X.
& alios . lxx . ii . & misit illos bini
an faciẽ suã ĩ omnẽ civitatẽ
& locũ q° erat ipe venturus. Et
dicebat ill'. Messis qd' multa . ho
parii aũ pauci. Rogate ḡ dñm
m . ũ m . op' ĩ messẽ suã . Ite
ecce ego mitt' uos sic ag' int'
lupos . Nolite portare sacculũ
n; pam . n; cal' . & neminẽ p
viã salutaveritis . In q̃q; domũ
intraveritis . p'm dicite pax
huic domui . Et si ibi fuerit
fili' pacis . reqescet sup illũ;
pax ũ . Si aũ ad uos revertet'
In ead' aũ domo manete . edẽ
tes & bibentes q̃ ap' illos s̃ . Dig
÷ ẽ op' m' sua . Nolite trãsi
re de domo ĩ dom' . Et in q̃q;
civitatẽ intrav'itis & suscep'
int uos . manducate q̃ appo
nunt' uob' . & curate ĩfirmos
qui s̃ ĩ illa . & dicite ill' . App
pinquavit ĩ uos reg' dĩ . In q̃q; aũ
civitatẽ ĩtrav'itis & nõ re
cepint uos . exeuntes ĩ pla
teis eĩ dicite . & pulverẽ q̃
adhesit nob' d' civitate ũra ex
tergimus ĩ uos . Tam sciote h'
q' appinq' reg' dĩ . Dico ub' . q'
sodomis in illa die remissius
erit q̃ illi civitati . Ve t' coe
rozaim . ve t' betsaida . q' si
& ĩ tyro . & ĩ sydone f'ce fuiss
sent virtutes q̃ in ub' f'ce s̃ .
oli ĩ cilitio & cine sedentes
peni rerent . Verũm tyro &
sydoni re . erit ĩ iudicio q̃ ub' .
Et tu capharnaũ us; ad celũ
exaltata . us; ad infernũ d'mge
ris . Qui uos aud' . me aud' . & q̃ uos
sp'n' . me sp'n' . Qui aũ me sp'n' . sp'n'
eũ q̃ me mis' . Reũsi s̃ aũ lxxii .
c̃ gaudio dicentes . D' . & d'mõia
subiciunt' nob' ĩ noĩe tuo . & ait ill' .
Videbã sathã . sic fulg' d' celo
cadentẽ . Ecce dedi ub' potes
tatẽ calcandi s' s'pentes & scor
piones . & s' omnẽ virtutẽ ĩi
mici . & nih' ub' nocebit . Verũ
tam ĩ h' nolite gaude' q' sp'c
ub' subiciunt' . gaudete aũ q' noĩa
ũ scp'ta s̃ ĩ cel' . In ipa hora . ex
ultavit sp'u sco & dix' . Confiteor t'
p'r . d' celi & t're . q̃ abscondisti h'
a sapientib' & prudentib' . & re .
ea parvul' . q' sic placuit aũ te .
Oĩa m' t'dita s̃ a patre mo .
& nẽo scit q's sit fili' . n' p'r . & q̃
sit p'r n' fili' . & cui voluit filius
revelare . Et c'vsus ad dis' suos
dix' . Beati oculi q̃ vident quod
videtis . Dico ẽ uob' . q' multi
p'phe & reges voluert' vide' q̃ uid'
tis & n' viderũt & audire q̃ audi
tis & n' audierũt . Et ecce quidã
legis p'it' surrex' . temptãs eũ &
dicens . Mag'r q̃ faciendo vitã
et'nã p'sidebo . At ille dix' ad eũ .
In lege q̃ scriptũ ẽ . Quo m' leg' . C.
Ille r'ndens dix' . Diliges d'nm
dñm tuũ ex toto cord' tuo . & ex
to . aĩa tua . & oĩb' virib' tuis . &
oĩ mẽte tua . & p'ximũ tuũ sic
teipm . Dix' illi ihc . Recte r'
dist' . h' fac & vives . Ille aũ uo
lens iustificare seipm . dix' ad
ihm . Et quis ẽ m' p'ximus .

Suspiciens autem ihesus dixit. Homo quidam
descendebat ab ierusalem in iericho. et in
cidit in latrones. Qui etiam despoliaverunt
eum. et plagis impositis abierunt
semivivo relicto. Accidit autem ut
sacerdos quidam descenderet eadem
via. et viso illo preterivit. Similiter
et levita cum esset secus locum. et videret
pertransiit. Samaritanus autem quidam iter
faciens. venit secus eum. et videns eum
misericordia motus est. Et appropians alliga
vit vulnera eius. infundens oleum et
vinum. Et imponens illum in iumentum suum
duxit in stabulum suum et curam eius egit.
Et altera die protulit duos denari
os et dedit stabulario et ait.
Curam illius habe. et quodcumque supero
gaveris. ego cum rediero reddam tibi.
Quis horum trium videtur tibi proximus
fuisse illi. qui incidit in latrones.
At ille dixit. Qui fecit misericordiam in
illum. Et ait illi ihesus. Vade. et tu
fac similiter. Et factum est dum
irent. et ipse intravit in
quoddam castellum. et mu
lier quedam Martha nomine excepit
illum — in domum suam. Et huic erat
soror. nomine ~~Maria~~. Que etiam
sedens secus pedes domini audiebat
verbum illius. Martha autem satage
bat circa frequens ministeri
um. Que stetit et ait. Domine non est tibi
cure quod soror mea reliquit me so
lam ministrare. Dic ergo illi ut
me adiuvet. Et respondens dixit illi dominus.
Marta. Marta. sollicita es et turbaris
erga plurima. Porro unum est ne
cessarium. ~~Maria~~ optimam partem elegit.
que non auferetur ab ea. XI.

Et factum est dum esset orans. ut
cessavit. dixit unus ex discipulis suis ad eum.
Domine. doce nos orare. sicut et iohannes
docuit discipulos suos. Et ait illis. Cum
oratis dicite. Pater noster qui es in
celis. Sanctificetur nomen tuum. Adveniat regnum tuum.
Fiat voluntas tua. sicut in celo et in terra.
Panem nostrum cotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis
debita nostra. sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos
inducas in temptationem.
Et ait ad illos. Quis vestrum habebit
amicum. et ibit ad illum media nocte
et dicet illi. Amice commoda mihi
.iii. panes. quoniam amicus meus venit ad
me de via. et non habeo quod ponam ante illum.
Et ille de intus respondens dicat. Noli
mihi molestus esse. iam hostium clau
sum est et pueri mei mecum sunt in cubi
li. non possum surgere et dare tibi.
Et ille si perseveraverit pulsans. di
co vobis. et si non dabit illi surgens
eo quod amicus eius sit. propter improbita
tem illius surget et dabit ei quod
quot habet necessarios. Et ego vobis
dico. Petite et dabitur vobis. querite — orando. vel vere
et invenietis. pulsate et aperietur vobis. — credendo.
Omnis enim qui petit accipit. et qui querit in — bene vivendo.
venit. pulsanti aperietur. Quis autem ex — perseverando.
vobis patrem petit panem. numquid lapi
dem dabit illi. Aut piscem. numquid pro
pisce serpentem dabit illi. Aut si peti
erit ovum. numquid porriget illi scor
pionem. Si ergo vos cum sitis ma
li. nostis bona data dare fi
liis vestris. quanto magis pater vester de
celo dabit spiritum bonum petentibus
se. Et erat ihesus eiciens demoni
um. et illud erat mutum. Et cum
eiecisset demonium. locutus est mutus.

Et admirate sunt turbe. Quidam autem ex
his dicebant. In belzebub prin-
cipe demoniorum eicit demonia. Et
alii temptantes. signum de celo que-
rebant. Ipse autem ut vidit cogitatio-
nes eorum. dixit eis. Omne regnum in se
divisum. ipsum desolabitur. et domus supra
domum cadet. Si autem sathanas
in se ipsum divisus est. quomodo stabit regnum
eius. quia dicitis me in belzebub ei-
cere demonia. Si autem ego in belze-
bub eicio demonia. filii vestri in quo
eiciunt. Ideo ipsi iudices vestri erunt.
Porro si in digito dei eicio demo-
nia. profecto pervenit in vos regnum dei.
Cum fortis armatus custodit atrium suum in
pace sunt ea que possidet. Si autem fortior
illo superveniens vicerit illum. universa
arma eius auferet in quibus confidebat.
et spolia eius distribuet. Qui non est me-
cum. adversum me est. et qui non colligit
mecum dispergit. Cum immundus spiritus ex-
ierit ab homine. ambulat per loca
inaquosa. querens requiem. et non in-
veniens dicit. Revertar in domum
meam unde exivi. Et cum venerit
invenit eam scopis mundatam.
Tunc vadit et assumit vii alios spiritus
nequiores se. et ingressi habitant
ibi. Et fiunt novissima hominis illius
peiora prioribus. Factum est autem cum hec di-
ceret. extollens vocem quedam mu-
lier de turba. dixit illi. Beatus
venter qui te portavit. et ubera que su-
xisti. At ille dixit. Quinimmo. beati qui
audiunt verbum dei. et custodiunt illud. Turbis autem concur-
rentibus cepit dicere. Generatio hec
nequam est. Signum querit. et signum non dabitur
ei nisi signum ione prophete. Nam sicut ionas fuit
signum ninivitis. ita erit et filius
hominis generationi isti. Regina austri
surget in iudicio cum viris gene-
rationis huius. et condempnabit illos. quia
venit a finibus terre audire sapi-
entiam salomonis. Et ecce plus quam salomon
hic. Viri ninivite surgent in
iudicio cum generatione hac. et con-
dempnabunt illam. quia penitentiam ege-
runt ad predicationem ione. Et
ecce plus quam iona hic. Nemo accendit .c.
lucernam et in abscondito ponit. neque
sub modio. sed super candelabrum.
ut qui ingrediuntur lumen videant.
Lucerna corporis tui est oculus tuus.
Si oculus tuus fuerit simplex. totum
corpus tuum lucidum erit. Si autem nequam
fuerit. et corpus tuum tenebrosum
erit. Vide ergo ne lumen quod in te est.
tenebre sint. Si ergo corpus tuum
totum lucidum fuerit. non habens aliquam partem
tenebrarum. erit lucidum totum.
et sicut lucerna fulgoris illumi-
nabit te. Et cum loqueretur. roga-
vit illum quidam phariseus. ut pranderet
apud se. Et ingressus recubuit. Pha-
riseus autem cepit intra se dicere. reputans
quare non baptizatus esset ante prandium. .i. lavatus
Et ait dominus ad illum. Nunc vos pha-
risei quod deforis est calicis et cati-
ni mundatis. quod autem intus est vestrum
plenum est rapina et iniquitate.
Stulti. nonne qui fecit quod deforis est.
et quod intus est fecit. Verumtamen quod id
superest. date elemosinam. et ecce
omnia munda sunt vobis. Sed ve vobis
pharisei. qui decimatis mentam et
cyminum et rutam. et omne holus.
et preteritis iudicium et caritatem.

Hec autem oportuit facere. et illa non omit-
tere. Ve uobis phariseis. qui dili-
gitis primas cathedras in synago-
gis et salutationes in foro. Ve uobis qui
estis ut monumenta. que non appa-
rent. et ambulantes homines supra ne-
sciunt. Respondens autem quidam legis peritorum ait
illi. Magister hec dicens et nobis contu-
meliam facis. At ille ait. Et uobis
legis peritis ue. quia oneratis
homines oneribus que portari non
possunt. et ipsi uno digito uestro
non tangitis sarcinas. Ve uobis
qui edificatis monumenta prophe-
tarum. patres autem uestri occiderunt
illos. Profecto testificamini quod
consentitis operibus patrum uestrorum.
quoniam quidem ipsi occiderunt eos. uos
autem edificatis sepulchra eorum. Propter-
ea et sapientia dei dixit. Mittam ad
illos prophetas et apostolos. et ex illis oc-
cident et persequentur. ut inquiratur
sanguis omnium prophetarum qui effusus
H est a constitutione mundi a genera-
tione ista. a sanguine abel iu-
sti. usque ad sanguinem zacha-
rie qui periit inter altare et
edem. Ita dico uobis requiretur ab
hac generatione. Ve uobis legis peri-
tis. qui tulistis clauem scientie. et
ipsi non introistis. et eos qui introibant
C prohibuistis. XII. CAP

Cum hec ad illos diceret. cepe-
runt pharisei et legis periti gra-
uiter insistere. et os eius oppri-
mere de multis insidiantes
ei. et querentes capere aliquid ex ore
eius ut accusarent eum. Multis autem
turbis circumstantibus. ita ut se
inuicem conculcarent. cepit dicere
ad discipulos suos. Attendite a fer- C
mento phariseorum quod est ypocrisis.
Nichil autem opertum est quod non reueletur. neque
absconditum quod non sciatur. Quoniam que in te-
nebris dixistis. in lumine dicentur. et
quod in aurem locuti estis in cubiculis
predicabitur in tectis. Dico autem uobis ami-
cis meis. ne terreamini ab his
qui occidunt corpus. et post hec non habent am-
plius quid faciant. Ostendam autem uobis quem
timeatis. Timete eum qui postquam
occiderit. habet potestatem mittere in
gehennam. Ita dico uobis hunc timete.
Nonne .v. passeres ueneunt dy-
pondio. et unus ex illis non est in obli-
uione coram deo. sed et capilli capi-
tis uestri omnes numerati sunt. Nolite ergo
timere. multis passeribus pluris
estis uos. Dico autem uobis. omnis quicumque confite-
bitur me coram hominibus. confitebor et ego
eum coram patre meo qui est in celis. Qui autem nega-
uerit me coram hominibus denegabitur coram
angelis dei. Et omnis qui dicit uerbum in fili-
um hominis. remittetur ei. Ei autem qui in
spiritum sanctum blasphemauerit. non remit-
tetur. Cum autem inducent uos in
synagogas. et ad magistratus et
potestates. nolite solliciti esse
qualiter aut quid respondeatis. Spiritus enim sanctus
docebit uos in ipsa hora. quid oporteat
uos dicere. Ait autem quidam de turba.
Magister dic fratri meo ut diuidat
mecum hereditatem. At ille dixit ei.
Homo quis me constituit iudicem aut
diuisorem super uos. Dixitque ad
illos. Uidete et cauete ab omni
auaricia. quia non in habundantia
cuiusquam uita eius est ex his que possidet.

Dixit autem similitudinem ad illos dicens.
Hominis cuiusdam divitis uberes fruc
tus ager attulit. et cogitabat
intra se dicens. Quid faciam. quia non
habeo quo congregem fructus meos.
Et dixit. Hoc faciam. Destruam hor
rea mea. et maiora faciam. et
illic congregabo omnia que nata sunt
mihi [illegible] et bona mea. et dicam
anime mee. Anima habes multa
bona posita in annos plurimos.
requiesce. comede. bibe. epu
lare. Dixit autem illi deus. Stulte.
hac nocte repetent animam
tuam a te. que autem parasti cuius erunt. Sic
est qui sibi thesaurizat. et non est
in deum dives. Dixitque ad discipulos suos.
Ideo dico vobis. nolite solliciti esse
anime vestre quid manducetis. neque corpori
vestro quid induamini. Anima plus
est quam esca. et corpus plus quam vesti
mentum. Considerate corvos. quia non semi
nant neque metunt. quibus non est cella
rium neque horreum. et deus pascit
eos. quanto vos pluris estis illis.
Quis autem vestrum cogitando potest adi
cere ad staturam suam cubitum unum. Si
ergo quod minimum est non potestis. quid de
ceteris solliciti estis. Considerate
lilia agri quomodo crescunt. non labo
rant neque nent. Dico autem vobis. quia
nec salomon in omni gloria vestiebatur
sicut unum ex istis. Si autem fenum
quod est hodie in agro. et cras in clybano
mittitur deus sic vestit. quanto ma
gis vos pusille fidei. Et vos
nolite querere quid manduce
tis. aut quid bibatis. Et noli
te in sublime tolli. Hec enim
omnia gentes inquirunt mundi. Pater
autem vester scit. quia his omnibus indigetis.
Verumtamen querite regnum dei. et hec omnia
adicientur vobis. Nolite timere pusillus
grex. quia complacuit patri vestro dare
vobis regnum. Vendite que posside
tis. et date elemosinam. et faci
te vobis sacculos qui non veterescunt.
thesaurum non deficientem in celis.
quo fur non appropiat. neque tinea
corrumpit. Ubi enim est thesaurus vester. ibi
et cor vestrum erit. Sint lumbi vestri
precincti. et lucerne ardentes in manibus vestris.
Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum quando revertatur a
nuptiis. ut cum venerit et pulsaverit confestim aperiant ei. Be
ati servi illi quos cum venerit dominus invenerit vi
gilantes. Amen dico vobis quod precinget se et faciet illos discum
bere et transiens ministrabit illis. Et si venerit in secunda vigilia
et si in tertia vigilia venerit et ita invenerit beati sunt servi illi.
Hoc autem scitote quia si sciret paterfamilias qua
hora fur veniret vigilaret utique. et non sineret per
fodi domum suam. Et vos estote parati quia qua hora
non putatis filius hominis veniet. Ait autem ei petrus.
Domine ad nos dicis hanc parabolam an ad
omnes. Dixit autem dominus. Quis putas est
fidelis dispensator et prudens quem constituit dominus
super familiam suam ut det illis in tempore tritici
mensuram. Beatus ille servus quem cum ve
nerit dominus invenerit ita facientem. Vere dico vobis quia
supra omnia que possidet constituet illum. Quod
si dixerit servus ille in corde suo. mo
ram facit dominus meus venire. et sic ceperit
percutere pueros et ancillas. et
edere et bibere et inebriari. ve
niet dominus servi illius in die qua non sperat.
et hora qua nescit. et dividet eum.
partemque eius cum infidelibus ponet.
Ille autem servus qui cognovit voluntatem domini
sui. et non preparavit. et non fecit secundum voluntatem

tatem eius. vapulabit multis. Qui autem non
cognovit et fecit digna plagis vapulabit
paucis. Omni autem cui multum datum est.
multum requiretur ab eo. et cui commen-
daverunt multum. plus petent ab
eo. Ignem veni mittere in terram. et quid
volo nisi ut ardeat? Baptismo autem
habeo baptizari. et quomodo coartor
usque dum perficiatur? Putatis quia pacem
veni mittere in terram? Non dico vobis.
sed separationem. Erunt enim ex hoc quinque
in domo una divisi. tres in duos
et duo in tres dividentur. pater in
filium. et filius in patrem suum. mater in
filiam. et filia in matrem. socrus in
nurum suam. et nurus in socrum suam.
Dicebat autem et ad turbas. Cum vide-
ritis nubem orientem ab occasu.
statim dicitis. nimbus venit. et ita fit.
et cum austrum venientem. dicitis
quia estus erit. et fit. Ypocrite. faciem
celi et terre nostis probare. hoc
autem tempus quomodo non probatis? Quid autem
et a vobis ipsis non iudicatis quod iustum
est? Cum autem vadis cum adversario tuo
ad principem. in via da operam li-
berari ab illo. ne forte trahat
te apud iudicem. et iudex tradat te
exactori. et exactor mittat te in
carcerem. Dico tibi non exies inde don-
ec et novissimum minutum reddas.

Aderant autem quidam XIII.
in ipso tempore nuntiantes illi de
galileis. quorum sanguinem pilatus
miscuit cum sacrificiis eorum. et re-
spondens dixit illis. Putatis quia hi gali-
lei pre omnibus galileis peccatores fuerunt
quia talia passi sunt? Non dico vobis.
sed nisi penitentiam egeritis.
omnes similiter peribitis. sicut illi decem
et octo. super quos cecidit turris in sy-
loa. et occidit eos. Putatis
quia et ipsi debitores fuerunt preter
omnes homines habitantes in ierusalem? Non
dico vobis. sed si non egeritis penitentiam.
omnes similiter peribitis. Dicebat autem
hanc similitudinem. Arborem fici
habebat quidam plantatam in vinea sua.
et venit querens fructum in illa et non
invenit. Dixit autem ad cultorem vinee.
Ecce anni tres sunt ex quo venio querens
fructum in ficulnea hac et non inve-
nio. Succide ergo illam. ut quid etiam
terram occupat? At ille respondens dixit illi.
Domine. dimitte illam et hoc anno. usque
dum fodiam circa illam. et mittam ster-
cora. et siquidem fecerit fructum. sin autem
in futurum succides eam. Erat autem in syna-
goga eorum docens sabbatis. et ecce
mulier que habebat spiritum infirmi-
tatis annis xviii. et erat
inclinata. nec omnino poterat sursum re-
spicere. Quam cum vidisset ihesus. voca-
vit ad se. et ait. Mulier dimis-
sa es ab infirmitate tua. Et im-
posuit illi manus. et confestim erec-
ta est et glorificabat deum. Respondens autem
archisynagogus indignans quia sabbato
curasset ihesus. dicebat turbe. Sex
dies sunt in quibus oportet operari. In
his ergo venite et curamini. et non
in die sabbati. Respondit autem ad illum dominus
dixit. Ypocrite. unusquisque vestrum in
sabbato non solvit bovem su-
um aut asinum a presepio. et ducit
adaquare? Hanc autem filiam abra-
he quam sathanas alligavit. ecce

xviii. annis. non oportuit solui
a uinculo isto die sabbati. Et cum hec
diceret. erubescebant omnes aduer
sarii eius. Et omnis populus gaudebat
in uniuersis que gloriose fiebant ab
eo. Dicebat ergo. Cui simile est regnum
dei. et cui simile esse existimabo illud.
Simile est grano synapis. quod acceptum
homo misit in hortum suum et cre
uit. et factum est in arborem magnam.
et uolucres celi requieuerunt in ra
mis eius. Et iterum dixit. Cui simile es
timabo regnum dei. Simile est fermen
to. quod acceptum mulier abscondit in
farine sata tria. donec fermenta
retur totum. Et ibat per ciuitates et
castella docens. et iter faciens in
ierusalem. Ait autem illi quidam. Domine. si pau
ci sunt qui saluantur. Ipse autem dixit ad il
los. Contendite intrare per angustam
portam. quia dico uobis. multi querent
intrare et non poterunt. Cum autem intra
uerit paterfamilias et clauserit
prima; hostium. incipietis foris stare
et pulsare hostium dicentes. Domine.
aperi nobis. Et respondens dicet uobis. ne
scio uos unde sitis. Tunc incipietis
dicere. Manducauimus coram te
et bibimus. et in plateis nostris docu
isti. Et dicet uobis. Nescio uos
unde sitis. Discedite a me omnes
operarii iniquitatis. ibi erit
fletus et stridor dentium. cum uideritis abra
ham. et ysaac et iacob. et omnes prophetas
in regno dei. uos autem expelli foras
et uenient ab oriente et occi
dente. et ab aquilone et austro.
et accubent in regno dei. Et ecce
sunt nouissimi. qui erunt primi et
v juda

vel lat
sunt primi qui erunt nouissimi. In ipsa
die accesserunt quidam phariseorum di
centes illi. Exi et uade hinc. quia
herodes uult te occidere. Et ait illis.
Ite dicite uulpi illi. Ecce ei
cio demonia. et sanitates perficio.
hodie et cras. et tercia die consumor.
Uerumptamen oportet me hodie et
cras et sequenti die ambulare.
quia non capit prophetam perire extra ierusalem.
Ierusalem ierusalem que occidis prophetas et lapidas eos
qui mittuntur ad te. quotiens uolui
congregare filios tuos quemadmodum auis nidum su
um sub pennis. et noluisti. Ecce
relinquetur uobis domus uestra deserta. dico autem uobis. quia non
uidebitis me. donec ueniat cum di
cetis. Benedictus qui uenit in nomine domini.
Et factum est cum intraret **xiiii.**
in domum cuiusdam principis pha
riseorum sabbato. manducare panem.
et ipsi obseruabant eum. Et ecce ho
mo quidam ydropicus erat ante illum. Et
respondens ihesus dixit ad legis peritos et
phariseos. dicens. Si licet sabbato
curare. At illi tacuerunt.
Ipse uero apprehensum eum sa
nauit ac dimisit. Et respondens
dixit ad illos. Cuius uestrum asinus
aut bos in puteum cadit. et non
continuo extrahet illum die sabbati.
Et non poterant ad hec respondere illi.
Dicebat autem et ad inuitatos pa
rabolam. intendens quomodo
primos accubitus eligerent. dicens
ad illos. Cum inuitatus fueris. ad nuptias.
non discumbas in primo loco. ne forte
honoratior te sit inuitatus ab
eo. et ueniens is qui te et illum
uocauit dicat tibi. Da huic

locum. Et tunc incipias cum rubore no
vissimum locum tenere. Sed cum vocatus
fueris, vade recumbe in novissimo
loco, ut cum venerit qui te invitavit
dicat tibi: Amice, ascende superius.
Tunc erit tibi gloria coram simul discum-
bentibus. Quia omnis qui se exaltat humiliabitur,
et qui se humiliat exaltabitur. Dicebat autem et ei
qui se invitaverat: Cum facis pran-
dium aut cenam, noli vocare ami-
cos tuos, neque cognatos, neque fratres tuos,
neque vicinos divites, ne forte
et ipsi te reinvitent, et fiat tibi retri-
butio. Sed cum facis convivium, vo-
ca pauperes, debiles, claudos,
et beatus eris quia non habent unde retri-
buere tibi. Retribuetur enim tibi in re-
surrectione iustorum. Haec cum
audisset quidam de simul discumben-
tibus, dixit illi: Beatus qui manduca-
bit panem in regno Dei. At ipse dixit
ei: Homo quidam fecit cenam magnam, et
vocavit multos. Et misit
servum suum hora cenae dicere
invitatis ut venirent, quia pa-
rata sunt omnia. Et coeperunt simul ex-
cusare. Primus dixit illi: Vil-
lam emi, et necesse habeo exi-
re et videre illam. Rogo te habe
me excusatum. Et alius dixit:
Iuga boum emi quinque, et eo probare
illa. Rogo te habe me excusatum. Et alius
dixit: Uxorem duxi, et ideo non possum ve-
nire. Et reversus servus nuntiavit haec
domino suo. Tunc iratus pater fa-
milias dixit servo suo: Exi cito in
plateas et vicos civitatis, et pau-
peres ac debiles et caecos et claudos
introduc huc. Et ait servus:

Domine, factum est ut imperasti, et adhuc
locus est. Et ait dominus servo: Exi
cito in vias et saepes, et compelle
intrare, ut impleatur domus mea.
Dico autem vobis quod nemo virorum illorum
qui vocati sunt gustabit cenam meam.
Ibant autem turbae multae cum eo, et con-
versus dixit ad illos: Si quis ve-
nit ad me et non odit patrem suum et
matrem et uxorem et filios et fratres et sorores,
adhuc autem et animam suam, non potest meus esse
discipulus. Et qui non baiulat crucem suam
et venit post me, non est me dignus. non potest meus esse discipulus.
Quis enim ex vobis volens turrim aedifi-
care, non ne prius sedens computat
sumptus, qui necessarii sunt, si ha-
beat ad perficiendum? Ne posteaquam
posuerit fundamentum et non po-
tuerit perficere, omnes qui vident in-
cipiant illudere ei, dicentes: Quia hic
homo coepit aedificare et non potuit consummare.
Aut quis rex iturus committere
bellum adversus alium regem, non ne
prius sedens cogitat si possit cum
decem milibus occurrere ei qui cum viginti
milibus venit ad se? Alioquin
adhuc illo longe agente, le-
gationem mittens rogat ea quae
pacis sunt. Sic ergo omnis ex vobis
qui non renuntiat omnibus quae possidet
non potest meus esse discipulus.
Bonum est sal. Si autem sal XV. XV.
evanuerit, in quo condietur?
Neque in terram neque in sterquilinium uti-
le est, sed foras mittetur. Qui habet
aures audiendi audiat. Erant autem appro-
pinquantes ei publicani et pecca-
tores ut audirent illum. Et murmu-
murabant scribae et pharisaei

dicentes. Q̄ͥa hic peccatores recip.
& manducat cū ill. Et ait ad illos
parabolā istā dicēs. Q̄s ex uob hō
qui hꝫ .c. oues. & si pdiderit un.
ex ill. nōne dimittit .lxxxx.
ix. ī d̄s̄rto. & uad ad illā q̄ p. d.
donec inueniat eā. Et cū inuenerit eā im
ponit ī hum̄os suos gaudens. Et
ueniens domū conuocat amicos &
uicinos dicēs. Congratulamini m.
q̄ī inueni o. m. q̄ pierat. Dico
uob. q̄ ita gaudiū erit ī celo
sup u. pec. pen. ag. q̄ s. xc. ix.
iustis. q̄ n̄ indigent pnīa. Aut
q̄ mulier hn̄s dragmas .x. &
si pdiderit drag. unā. nōne ac
cend lu. & e. do. & q̄. di. do. ī.
illā. Et cū inuenerit conuocat amicas
& uicinas dicēs. Cong. m. q̄ inue.
dragmā q̄ pdideram. Ita dico
uob. gaudiū erit corā anglis d̄i.
sup. u. p. p. agente. Ait aut.
C. Homo quidam hūit duos filios.
& dixit adolescentior ex ill patri.
Pat. da m̄ por. sube. q̄ me con
ting. Et diuisit ill substantiā.
Et nō p̄ multos dies. congregatis
oīb; adolescentior filius peg
pfectus ē. ī regionē longin
quā. & ibi dissipauit subam
suā. uiuendo luxuriose. Et
postq̄ consumasset oīa. facta ē fa
mes ualida ī regiōe illa.
& ipe cepit egere. Et abiit & ad
hesit uni ciuiū regiōis illi.
& misit illū ī uillā suā ut pasce
ret porcos. Et cupiebat im
plere uentrē suū d̄ siliq̄s
quas porci manducāt. & nemo
illi dabat. Ipe aūt ī se reuersus
dix. Q̄nti mercenarii ī do. pa.
mī hab. pa. ego aūt hic fa. pereo.
Surgā & ibo ad pa. m. & dicā ei.
Pater, peccaui in celum &
& corā te. & iā n̄ sum dig uocari
filꝰ tuꝰ. Fac me si. v. ex m̄. tuis.
Et surgens. uenit ad patrē suū.
Cū aūt adhuc longe eēt uidit
illū pr̄ suꝰ. & mīa motꝰ ē. Et accur
rens cecid sup collū ei. & oscu
latus ē eū. Dixitq; ei filꝰ. Pat
peccaui ī cel. & co. te. & iā n̄ su
dig uo. fi. tu. Dix aūt pr̄ ad suos
suos. Cito pferte stolā pmā. · ꝯ induite illū ·
& date anulū; ī manu . ei. & cal.
ī pedes. Et adducite uitulū
saginatū. & occidite. & man
ducem̄ & epulem̄. q̄ hic filiꝰ
mꝰ mortuꝰ fuat. & reuix. pie
rat & inuent ē. Et ceperūt omes
epulari. Erat aūt filiꝰ ei senior
ī agro. Et cū ueniret & ad ppi
domui. audiuit simphoniā &
chor. & uocauit uñ d̄ suis. & int
rogauit q̄ h eent. Isq; dix illi.
Fr̄ tuꝰ uenit. & occid pat tuꝰ ui
tulū sag. q̄ saluū illū recepit.
Indignatꝰ ē aūt. & nolebat introire.
Pat ergo ei egressus cep rogare.
eū. At ille rn̄dens dix pat suo.
Ecce tot ānis seruio t. & nūq̄
mandat tuū pt̄iui. & nūq̄ dedi
sti m̄ hedū. ut cū amicis meis
epularer. S; pq̄ hic filiꝰ tuꝰ q̄
deuorauit subam suā cū meretrib;
uenit. occidisti illi uitulū saginatū.
uitulū. At ipe dix ei. Fili tu
sēp mecū es. & oīa mea tua s̄.

epulari et gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuus fuerat et revixit, perierat et inventus est. Dicebat autem ad discipulos suos. Homo quidam erat dives qui habebat villicum. Et hic diffamatus est apud illum quasi dissipasset bona illius. Et vocavit illum et ait illi. Quid hoc audio de te? Redde rationem villicationis tuae, iam enim non poteris villicare. Ait autem villicus intra se. Quid faciam, quia dominus meus aufert a me villicationem? Fodere non valeo, mendicare erubesco. Scio quid faciam, ut cum amotus fuero a villicatione recipiant me in domos suas. Convocatis itaque singulis debitoribus domini sui dicebat primo. Quantum debes domino meo? At ille dixit. C cados olei. Dixitque illi. Accipe cautionem tuam et sede cito et scribe L. Deinde alio dixit. Tu vero quantum debes? Qui ait. C choros tritici. Dixitque illi. Accipe cautionem tuam vel litteras tuas et scribe lxxx. Et laudavit dominus villicum iniquitatis quia prudenter egisset. Quia filii huius saeculi prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt. Et ego vobis dico. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis ut cum defeceritis recipiant vos in aeterna tabernacula. Qui fidelis est in minimo, et in maiori fidelis est. Et qui in modico iniquus est, et in maiori iniquus est. Si ergo in iniquo mammona fideles non fuistis, quod verum est quis credet vobis? Et si in alieno fideles non fuistis, quod vestrum est quis dabit vobis? Nemo servus duobus dominis potest servire: aut enim unum odio habebit et alterum diliget, aut uni adhaerebit et alterum contemnet. Non potestis deo servire et mammonae. Audiebant autem haec omnia pharisaei qui erant avari, et deridebant illum. Et ait illis. Vos estis qui iustificatis vos coram hominibus, deus autem novit corda vestra, quia quod altum est hominibus abhominabile est ante deum. Lex et prophetae usque ad Iohannem; ex eo regnum dei evangelizatur et omnis in illud vim facit. Facilius est autem caelum et terram praeterire, quam de lege unum apicem cadere. Omnis qui dimittit uxorem suam et ducit alteram moechatur, et qui dimissam a viro ducit moechatur.

XVI.

Homo quidam erat dives et induebatur purpura et bysso et epulabatur cotidie splendide. Et erat quidam mendicus nomine Lazarus qui iacebat ad ianuam eius ulceribus plenus, cupiens saturari de micis quae cadebant de mensa divitis et nemo illi dabat; sed et canes veniebant et lingebant ulcera eius. Factum est autem ut moreretur mendicus et portaretur ab angelis in sinum Abrahae. Mortuus est autem et dives et sepultus est in inferno. Elevans autem oculos suos cum esset in tormentis vidit Abraham a longe et Lazarum in sinu eius. Et ipse clamans dixit. Pater Abraham miserere mei et mitte Lazarum ut intinguat extremum digiti sui in aquam ut refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Et dixit illi A-

braha. fili recordare quia re-
bo. in ui. t. et laz. si. ma. Nunc a
hic consolatur tu uero cruciaris.
Et in his omnib; inter nos et uos chaos
magnum firmatum est. ut hi qui uo
lunt hinc transire ad uos non
possint. neque inde huc transmeare.
Et ait. Rogo ergo te pater. ut mit
tas eum in do. pa. mei. Habeo enim
.v. fratres ut testetur illis. ne
et ipsi ueniant in loc hunc tormen
torum. Et ait illi abraham. Habent mo
ysen et prophetas au. illos. At ille dixit.
Non pater abraham. sed si quis ex mortuis
ierit ad eos penitentiam agent.
Ait illi abraham. Si moysen et
prophetas non audiunt. neque si quis
ex mortuis resurrexerit
credent. Et ait ad dis. su.
Impossibile est ut non ueniant sca
dala. ve autem illi per quem ueniunt
Utilius est illi. si lapis molaris
inponatur circa collum eius et proiciatur
in mare. quam ut scandalizet
unum de pusillis istis. Attendite
uobis. Si peccauerit frater tuus increpa
illum. Et si penitentiam egerit. di
mitte illi. Et si septies per
cauerit in die in te. et si uii.
in die conuersus fuerit ad te dicens.
penitet me dimitte illi.
Et dixerunt apostoli domino. Adauge
nobis fidem. Dixit autem dominus. Si habu
eritis fidem sicut granum synapis.
diceretis huic arbori moro. e
radicare et transplantare in
mare. et obediret uobis. Quis autem
uestrum habens seruum arantem. aut
pascentem boues. qui regresso de

agro. dicat illi statim transi et recu
be. et non dicat ei. para quod cenem.
et precinge. et ministra mihi donec
manducem et bibam. et post haec tu
manducabis et bibes. Numquid gratiam
habet seruo illi. quia fecit quae sibi impera
uerat. Non puto. Sic et uos
cum feceritis omnia quae precepta sunt uobis.
dicite. Servi inutiles sumus
fecimus quod debuimus facere. Et fac
tum est dum iret in ierusalem. transie
bat per mediam samariam et ga
lileam. Et cum ingrederetur quoddam
castellum. oc. ei .x. uiri leprosi qui
steterunt a longe. et le. uo. dicentes.
Ihesu preceptor. mise. nostri. Quos ut
uidit dixit. Ite ostendite uos
sacerdotibus. Et factum est dum irent
mundati sunt. Unus autem ex illis
ut uidit quia mundatus est regressus est cum
magna uoce magnificans deum. Et
cecidit in faciem ante pedes eius gratias
agens. Et hic erat samaritanus.
Respondens autem ihesus dixit. Nonne .x.
mundati sunt. et .ix. ubi sunt. Non est in
uentus qui rediret et daret gloriam
deo. nisi hic alienigena. Et ait
illi. Surge. uade. quia fides
tua te sal. fe. Interrogatus autem
a phariseis quando uenit regnum
dei. respondit eis et dixit. Non
uenit regnum dei cum obseruatione
neque dicent. ecce hic. aut ecce illic.
Ecce enim regnum dei intra uos est. Et
ait ad dis. suos. Uenient dies.
quando desideretis unum diem filii hominis
et non uidebitis. Et dicent uobis. Ecce
hic. aut ecce illic. Nolite ire.
neque sectemini. Nam sicut fulgur co

ruscans de sub celo in ea que sub
celo sunt fulget: ita erit filius ho-
minis in die sua. Primum autem oportet eum
multa pati, et reprobari a genera-
tione hac. Et sicut factum est in
diebus Noe, ita erit et in diebus filii
hominis. Edebant et bibebant, uxo-
res ducebant, et dabantur ad
nuptias, usque ad diem qua intra-
vit Noe in arcam: et venit di-
luvium et perdidit omnes. Similiter sicut
factum est in diebus Loth: edebant
et bibebant, emebant et ven-
debant, plantabant et edifica-
bant: qua die autem exiit Loth
a Sodomis, pluit ignem et sul-
phurem de celo et perdidit omnes. Secundum
hec erit qua die filius hominis revela-
bitur. In illa hora qui fuerit in
tecto, et vasa eius in domo, non
descendat tollere illa: et qui in agro,
similiter non redeat retro. Memo-
res estote uxoris Loth. Qui-
cumque quesierit animam suam sal-
vare, perdet eam: et quicumque perdi-
derit illam, vivificabit eam.
Dico vobis: in illa nocte erunt duo
in lecto: unus assumetur, et alter re-
linquetur: duo in agro: unus assumetur, et alter
relinquetur. Respondentes autem dicunt illi:
Ubi domine? Qui dixit illis: Ubicumque
fuerit corpus, illuc congregabuntur aquile. Dicebat
autem et parabolam ad illos, quoniam oportet
semper orare et non deficere, dicens:
Iudex quidam erat in quadam civita-
te, qui deum non timebat, et hominem
non verebatur. Vidua autem quedam erat
in civitate illa, et veniebat ad
eum dicens: Vindica me de adversa-
rio meo. Et nolebat per multum tempus.
Post hec autem dixit intra se: Et si deum non
timeo, nec hominem revereor: tamen quia
molesta est mihi hec vidua, vin-
dicabo illam, ne in novissimo
veniens suggillet me. Ait autem
dominus: Audite quid iudex iniquitatis
dicit. Deus autem non faciet vindic-
tam electorum suorum clamantium
ad se die ac nocte, et patientiam
habebit in illis? Dico autem vobis quia cito
faciet vindictam illorum. Verum-
tamen filius hominis veniens, putas in-
veniet fidem in terra? Dixit autem ad
quosdam qui in se confidebant
tamquam iusti, et aspernabantur ceteros,
parabolam istam: Duo homines ascen-
derunt in templum ut orarent:
unus phariseus et alter publicanus.
Phariseus stans, hec apud se orabat: Deus
gratias tibi ago, quia non sum sicut ceteri
hominum: raptores, iniusti, ad-
ulteri: velut etiam hic publicanus.
Ieiuno bis in sabbato: decimas
do omnium que possideo. Et publi-
canus a longe stans, nolebat
nec oculos ad celum levare: sed percutiebat pectus
suum dicens: Deus propitius esto mihi pec-
catori. Dico vobis: descendit hic iustifica-
tus in domum suam ab illo: quia omnis qui
se exaltat humiliabitur, et qui se humiliat exaltabitur.
Afferebant autem ad illum et infantes
ut eos tangeret. Quod cum viderent
discipuli, increpabant illos. Ihesus
autem convocans illos dixit: Sinite
pueros venire ad me, et nolite eos
vetare: talium est enim regnum dei.
Amen dico vobis: quicumque non acceperit regnum
dei sicut puer, non intrabit in illud.

uno.
Duo molentes in
mola unus assum-
metur et alter relinquetur.

Et interrogauit eum quidam princeps
dicens. Magister bone. quid faciens ui
tam eternam possidebo. Dixit autem
ei ihesus. Quid me dicis bonum.
Nemo bonus nisi solus deus. Mandata
nosti. Non occides. non mechaberis. non
furtum facies. non falsum testimonium dices. Ho
nora patrem tuum et matrem. Qui ait. hec
omnia custodiui a iuuentute mea. Quo audi
to ihesus ait illi. Adhuc unum tibi
deest. Omnia quecumque habes uende
et da pauperibus et habebis thesaurum in celo. et
ueni. sequere me. His ille auditis.
contristatus est quia diues erat ualde.
Videns autem illum ihesus tristem factum.
dixit. Quam difficile qui pecunias
habent in regnum dei intrabunt. Facilius
enim camelus per foramen acus transit. quam
diues intrare in regnum dei. Et dixerunt
qui hec audiebant. Et quis potest saluus
fieri. Et ait illis. Que impossi
bilia sunt apud homines. possibilia sunt apud
deum. Ait autem petrus. Ecce nos
dimisimus omnia. et secuti sumus te. Qui
dixit eis. Amen dico uobis. nemo
est qui reliquit domum aut paren
tes. aut fratres. aut uxorem aut
agros. propter regnum dei. et non re
cipiat multo plura in hoc tempore.
et in seculo uenturo uitam eternam.

Assumpsit autem XVII.
ihesus xii. et ait illis. Ecce
ascendimus ierusalem. et consummabuntur omnia que
scripta sunt per prophetas de filio hominis. Tra
detur enim gentibus et illudetur. et flagellabitur.
Et postquam flagellauerint occident eum. et die tertia
resurget. Et ipsi nichil horum intellexe
runt. Erat autem uerbum istud
absconditum ab eis. et non intel
ligebant que dicebantur. Factum est autem
cum appropinquaret iericho. cecus
quidam sedebat secus uiam mendicans.
Et cum audiret turbam pretereuntem.
interrogabat quid hoc esset. Dixerunt
autem ei. quod ihesus nazarenus transiret.
Et clamauit dicens. Ihesu fili dauid.
miserere mei. Et qui preibant incre
pabant eum ut taceret. Ipse uero
multo magis clamabat. Fili dauid.
miserere mei. Stans autem ihesus. iussit
eum adduci ad se. Et cum appropi
quasset. interrogauit illum dicens. Quid
tibi uis faciam. At ille dixit.
Domine. ut uideam. Et ihesus dixit illi.
Respice. fides tua te saluum fecit.
Et confestim uidit. et sequebatur
illum magnificans deum. Et omnis
plebs ut uidit. dedit laudem deo.
Et ingressus. perambulabat
iericho. Et ecce uir nomine
Zacheus. et hic erat princeps
publicanorum. et ipse diues.
Et querebat uidere ihesum quis esset.
et non poterat pre turba. quia sta
tura pusillus erat. Et pre
currens ascendit in arborem
sycomorum. ut uideret illum. quia
inde erat transiturus. Et cum
uenisset ad locum. suspiciens
ihesus uidit illum. et dixit ad eum.
Zachee festinans descende. quia
hodie in domo tua oportet me manere.
Et festinans descendit. et excepit
illum in domum suam gaudens.
Et cum uiderent omnes murmu
rabant quod ad hominem peccatorem diuertisset.
Stans autem zacheus. dixit ad ihesum.
Ecce dimidium bonorum meorum domine do pauperibus

et si quid aliquem defraudavi reddo quadruplum.
Ait Ihesus ad eum. Quia hodie
salus huic domui facta est. eo quod et ip
se sit filius Abrahe. Venit enim filius hominis
querere et salvum facere quod perierat.
Hec illis audientibus: adiciens pa
rabolam dixit. eo quod esset prope
Ierusalem. et quia existimarent
quod confestim regnum dei manifesta
C. retur. Dixit ergo. Homo quidam nobilis
abiit in regionem longinquam accipere sibi regnum
et reverti. Vocatis autem x. servis suis.
dedit illis x. mnas. Et ait ad illos.
Negotiamini dum venio. Cives autem
eius oderant illum. et miserunt legatio
nem post illum dicentes. Nolumus hunc
regnare super nos. Et factum est ut
rediret accepto regno. et
iussit vocari servos quibus dedit
pecuniam. ut sciret quantum
quisque negotiatus esset. Venit
autem primus dicens. Domine mna
tua x. mnas acquisivit.
Et ait illi. Euge serve bone
quia in modico fuisti fidelis. eris potes
tatem habens super x. civitates. Et
alter venit dicens. Domine mna tua
et huic ait fecit v. mnas. Et tu esto super
v. civitates. Et alter venit dicens.
Domine. Ecce mna tua quam habui re
positam in sudario. Timui enim
quia arta via que ducit ad vitam; et quanto altior gradus tanto gravior casus
te. quia homo austerus es. tollis
quod non posuisti. et metis quod
non seminasti. Dicit ei. De ore tuo
te iudico. serve nequam. Scie
bas quod ego homo austerus sum
tollens quod non posui. et metens
quod non seminavi. et quare non dedisti pe
cuniam meam ad usuram. et ego veniens

cum usuris utique exegissem illam.
Et adstantibus dixit. Auferte ab
illo mnam. et date illi qui x. mnas
habet. Et dixerunt ei. Domine. habet x. mnas.
Et ait illis. Dico vobis. quia omni habenti
dabitur. et habundabit. ab eo autem qui non
habet. et quod habet auferetur ab eo. Verum
tamen inimicos meos. illos qui nolu
erunt me regnare super se. adduci
te huc. et interficite coram me.
Et his dictis. precedebat ascen
dens Ierusalem. Et factum est dum
appropinquasset dominus ad Bethphage
et Bethaniam. ad montem qui vo
catur Oliveti. misit duos dis
cipulos dicens. Ite in castellum quod contra vos est.
in quod introeuntes invenietis pul
lum asine alligatum. cui nemo umquam
hominum sedit. Solvite illum et ad
ducite. Et si quis vos interrogaverit.
quare solvitis. sic dicetis ei. Quia
dominus operam eius desiderat. Abierunt autem
qui missi fuerant. et invenerunt sicut
dixit illis stantem. Solventibus autem illis
pullum. dixerunt domini eius ad illos.
Quid solvitis pullum. At illi di
xerunt. Quia dominus eum necessari
um habet. Et duxerunt illum ad Ihesum.
et iacientes vestimenta sua super
pullum. inposuerunt Ihesum. Eunte
autem illo. substernebant vesti
menta sua in via. Et cum appropinquaret
iam ad descensum montis Oliveti.
ceperunt omnes turbe descendentium
discipulorum gaudentes laudare
deum voce magna. super omnibus quas vi
derant virtutibus. dicentes. Be
nedictus qui venit rex in nomine domini
pax in celo. et gloria in excelsis. Et

quidam phariseorum de turbis dix
erunt ad illum. Magister increpa di
scipulos tuos. Quibus ipse ait. Di
co vobis. quia si isti tacuerint. lapi
des clamabunt. Et ut appropinqua
vit. videns civitatem. flevit super
illam dicens. Quia si cognovisses et tu.
Et quidem in hac die. que ad pacem
tibi. nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis.
quia venient dies in te. et circum
dabunt te inimici tui vallo.
et circumdabunt te undique. et coan
gustabunt te undique. et ad terram
prosternent te. et filios tuos qui in
te sunt. Et non relinquent in te lapidem
super lapidem. eo quod non cognoveris tempus
visitationis tue. Et ingressus in
templum cepit eicere vendentes in il
lo. et ementes. dicens illis. Scriptum
est. quia domus mea domus orationis vocabitur. Vos
autem fecistis illam speluncam latronum. Et erat cot
tidie docens in templo. Principes autem
sacerdotum. et scribe. et princi
pes populi querebant illum perdere. Et
non inveniebant quid facerent illi.
Omnis enim populus suspensus erat
audiens illum. Et factum est in una
dierum. docente illo populum et
evangelizante in templo. convene
runt principes sacerdotum. et scribe
cum senioribus. et aiunt dicentes
ad illum. Dic nobis in qua potestate
hec facis. aut quis est qui dedit tibi hanc
potestatem. Respondens autem dixit ad
illos. Interrogabo vos et ego
unum verbum. Respondete mihi. Bapti
smus iohannis de celo erat an
ex hominibus. At illi cogitabant
inter se dicentes. quia si dixerimus e

celo. dicet. quare ergo non credidistis
illi. Si autem dixerimus ex hominibus. plebs
universa lapidabit nos. Certi sunt
enim iohannem prophetam esse. Et responderunt se
nescire unde esset. Et ihesus ait illis.
Neque ego dico vobis in qua potestate hec facio. dico
Cepit autem dicere ad plebem parabolam
hanc. Homo quidam plantavit vine
am. et locavit eam colonis. Et
ipse peregre fuit multis temporibus.
Et in tempore vindemie misit
ad cultores vinee servum suum.
ut de fructu vinee darent illi.
Qui cesum dimiserunt eum inanem.
Et addidit alterum servum mittere.
Illi autem hunc quoque cedentes. et afficien
tes contumeliis. dimiserunt illum
inanem. Et addidit tercium mittere.
Qui et illum vulnerantes eiecerunt.
Dixit autem dominus vinee.
Quid faciam. Mittam
filium dilectum. forsitan cum hunc vide
rint verebuntur. Quem cum vi
dissent coloni. cogitaverunt
inter se dicentes. Hic est heres.
occidamus eum ut nostra fiat he
reditas. Et eiectum illum extra
vineam occiderunt. Quid ergo faciet
illis dominus vinee. Veniet et perdet
colonos istos. et dabit vineam ali
is. Quo audito. dixerunt illi. Absit.
Ille autem aspiciens eos ait. Quid
est ergo hoc quod scriptum est. Lapidem quem repro
baverunt edificantes. hic factus est in caput anguli.
Omnis qui ceciderit super illum lapidem con
quassabitur. Super quem autem ceciderit commi
nuet illum. Et querebant princi
pes sacerdotum et scribe mittere
in illum manus in illa hora. et ti

inuenirent p̄p̄. Consequenter ē q̄d
dr̄ ipōs dixerit similitudinē istā.
cviii. Et obsuantes. C.XVIII.
miserunt insidiatores. q̄ se
iustos simularent. ut caperent eū
i sermone. 7 traderent eum p̄nci
patui. 7 potestati p̄sidis. Et int̄
rogauerunt illū dicentes. Ma
gister scimus q̄a recte dicis.
7 doces. 7 n̄ accipis p̄sonā. s; in
ueritate uiā dī doces. Licet
nob̄ tributū dare cesari ann̄.
Considerans aūt dolū illorū dix̄ ad
illos. Quid me temptatis. Ostēn
dite m̄ denariū. Cui͡ h̄t ymā
ginē 7 sc̄ripcionē. Respondentes
dixerunt. Cesaris. 7 ait ill̄. Red
dite ergo q̄ s̄ cesaris cesari. 7 q̄ s̄ dī dō.
Et n̄ potuerunt uerbū eī rep̄hen
dere corā plebe. Et mirati in
responso eī tacuerunt. Accesser̄
aūt quidā saduceorū q̄ negant
eē resurrectionē. 7 interroga
uerunt eū dicentes. Magister mo
cōicatū [illegible] admitti excōicatū 7 ad
confitendū. [illegible] xi. q. iii. Cum ex-
cōicato. 7 ex̄. iii. de sn̄ia exco. Resum
ii. Lex. i. cōl lex q. ē mulier ē cū ꝯiu
ge n̄ mulier cōicans cū uiro suo excōicat
to. n̄ ē excōicata. v. xi. q. iii. Quoniā mltos.
.iii. humile. i. qn̄ quando humiles. 7 subiec
[illegible] ancille. mancip
[illegible] rusticꝰ [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] n̄ [illegible]
v. [illegible]
filio. ꝉ [illegible] non [illegible].

Res ignorata. q. si nescio eū exco. n̄ .iiii.
sū exco. n̄ ignorantia sit crassa 7 supina
q. tē n̄ excusat. v. ex̄. x. q. vi. Quē
multos. 7 xii. q. ii. Quia 7 huiꝰ.
Necesse. i. necessitas excusat. q̄ scꝫ a. ui .x.
uentes. peregrinos. mercatores. si fu
erint [illegible] ꝓ terra excōicata. 7
cōicant cū eis i emendo. n̄ ē exco.
7 sic q̄s sit cū eum excōicatum. i. susti
[illegible] uite 7 [illegible] n̄
ē exco. [illegible] 7. i
.iiii. q̄b; excōicatū [illegible].
[illegible] salutare. [illegible]
7 i comestione. [illegible]. Si [illegible]
anathema q̄s efficiat. Q. [illegible]
uale comunio [illegible] negat. Q.
[illegible] x. q. iii. [illegible] 7 cū
excōicato. [illegible] hos cas. [illegible]
ē aliq̄ [illegible]
dispensatione [illegible]
[illegible]
v. i. de [illegible]
[illegible] pecunia [illegible]
v. i. q. i. [illegible] Si excōica .iii.
tus celebrauit diuina. v. i. q. iii. Si
q̄s epc. [illegible] .viii.
ꝉ [illegible]
7 cū [illegible] v. ex̄. i. de bigamis.
ca. ii. [illegible] duob; [illegible] .v.
[illegible]
ex duo [illegible]
[illegible] v. xxiv. q. ii. ca. ult. Sext .vi.
[illegible] Si q̄s [illegible]
[illegible] ab [illegible] v. ii. q. vii. [illegible]
[illegible] excōicat [illegible]
[illegible] ad regē ꝉ ad pncipes
7 sic i [illegible] v. xxi.
q. v. [illegible]

Restituens [illegible] solus. depon̄. 7 ipse [illegible]. ac uiua. [illegible] atq; probat.
Iudices [illegible] synodusq; [illegible]. Transfert. 7 mutat. appellat nullꝰ ab illo.

Prologus Jeronimi in Paulum.

.i. Primo queritur quare post euangelia que
supplementum legis sunt. in quibus nobis
exempla et precepta uiuendi
plenissime digesta sunt. uo-
luerit apostolus has epistolas ad singulas
ecclesias destinare. Uel nascen-
tis ecclesie nouis causis existentibus et
presentia atque futura exorientia ui-
cia resecaret. et questiones post fu-
turas excluderet. exemplo prophetarum
qui post editam legem moysi. in qua omnia dei man-
tm data legebantur. nichilominus doctrina sua re-
diuiua semper populi compescere peccata. et propter ex-
emplum ad nostram et memoriam libros
.ii. q. transmiserunt. Deinde queritur cur non amplius quam .x.
epistolas ad ecclesias scripserit. x. enim sunt cum illa
que dicitur ad hebreos. Nam reliquae .iiii. ad disci-
pulos specialiter sunt porrecte. ut ostenderet
nouum testamentum non discrepare a ueteri testamento.
et se non facere contra legem moysi. ad nume-
rum primorum decalogi mandatorum suas or-
dinauit epistolas. et quibus ille preceptis a
pharaone instruit liberatos. hic totidem is
epistolis a diabolo et ydolatrie seruitute
edocet acquisitos. Nam et duas tabulas
lapideas duorum testamentorum figur-
am habuisse uiri eruditissimi tra-
dunt. Epistolam sane que ad hebreos scribitur quidam
pauli non esse contendunt. eo quod non sit
eius nomine titulata. et propter sermonis
stilique distantiam. sed aut barnabe
iuxta tertullianum. aut luce secundum quosdam.
uel clementis discipuli apostolorum. epi-
scopi romane ecclesie post ipsos apostolos ordinati.
Quibus respondendum est. Si propterea pauli
non erit quia eius nomen non habet. ergo nec alicuius erit.
quia nullius nomine titulatur. Quod si ab-
surdum est. ipsius magis esse credenda est. que
tanto doctrine fulget eloquio. Sed quia apud
ebreos quasi destructor legis falsa suspica-
tione habebatur. uoluit tacito nomine de
figuris legis et ueritate Christi reddere rationem.
ne odium nominis fronte prelati.
utilitatem excluderet lectionis. Non est
sane mirum. si eloquentior fuit in proprio id est
ebreo. quam in peregrino id est in greco. quo cetere
epistole scripte sunt sermone. Mouet etiam quos-
dam quare romanorum epistola in primo sit posita. cum
eam non esse in primo scriptam ratio manifestet.
Nam hac se proficiscentem ierusalem scrip-
sisse testatur. cum corinthios et alios an-
tea ut ministerium quod secum portaturus e-
rat colligerent. litteris adhortatus sit.
Unde et intelligi quidam uolunt ita omnes epistolas
ordinatas. ut per singulos gradus ad perfecti- b
onem creuerit. ut prima poneretur quibus a
fuit destinata. Romanorum enim plerique ita
rudes erant. ut non intelligerent se dei gratia
sed suis meritis esse saluatos. et ob hoc cum
duo populi inter se conflictarentur. ideo
illos indigere confirmari. uicia gentili-
tatis priora commemorans. Corinthi-
is autem iam donatam scientie gratiam esse concessam.
et non tam omnes increpat. quam cur peccantes
non increpauerint reprehendit. ut est ait. Auditur
inter uos fornicatio. et iterum. congrega-
tis uobis cum meo spiritu tradere huiusmodi hominem sathane.
In secunda uero laudantur. et ut magis ac magis
proficiant ammonentur. Galathe iam nullius
criminis arguuntur. nisi hoc tantum quia callidis-
simis pseudo apostolis crediderunt.
Ephesii sane nulla reprehensione sed
multa laude digni sunt. quia fidem apostolicam
seruauerunt. Phylippenses etiam multo
magis laudantur. quod nec audire quidem
falsos apostolos uoluerunt. Colossenses

q talef erant. ut cum apl'o uel corpalit
n fuisset. h' tn laude dig haberet. et
si corpe absens su. s; spu gaudens ub
cu. et uidens ordine urm. Thessaloni
censes nouum in duab eplis in lau
de psequi. eo q n sol' fide i concussa
suauint. uirtutis. s; et i psecutioe
ciuiu fuerit gstantes inuenti. de
ebis ut q dudu e. quoz thessaloicen
ses q plimu laudati s. imitato
res facte dicunt. sic ipse ait. et
uos fr's mi imitatores facti estis
eccrum q s i iuda. ead e et uos
passi estis a cotribulib urs. q illi
a iudis. dep ipos q; ebos ead gme
morat. dics. na et uinctis gpassi
estis. et rapina boz urox cu gau
dio suscepistis. agnoscentes uos
hre meliore et manete sbam.
in celestib. **Argumentum.**

ROmani ex iudis gentibusq; c
diderunt. Hii supba gtentioe
uolebat se alterutr suppone
re. Na iudi dicebant. nos sumus ppls di.
quos ab initio dilex et fou. nos
circcisi ex gne abrha. sca des
cendim ex stirpe. et nor retro
ap iudam tm ds. nos de egipto
di sign et uirtutib; libati. mare
sicco pransium pede. cu inimicos
nros grauissimi fluct inoluerent.
nob mana pluit i desto. et q's filiis
celeste pabul ministrat. nos die
noctuq; i colu nub. igsq; pcessit.
ut nob ite ostenderet. atq; ut cetera
eius erga nos inmensa bnficia taceam
nos soli dig fuimus di lege accipe
et uoce di loqntis audire. cuq; uo
luntate gg sce. in q lege nob pro
missus e x. ad quos ipe se uenisse testat
e dics. n ueni n ad o. q. p. d. i. cu
uos canes appellauit. Equum ne
g e. ut hodie ydola deserentes
quib ab initio deseruistis. nob gpe
mini. et n potius i pselitoz locum
ex legis auctoritate et gsue
tudine deputemini. et h ipm n
meremini. q larga di sp clem
tia uoluit uos ad nram imita
tione admitte. Gentes a econ
trario rndebant. qnto maiora erga uos
di bnficia narratis. tanto
maioris uos criminis reos ee
monstrabitis. Sp e his oib exti
tistis ingrati. Na ipis pedib
qb; arid mare transistis. lude
batis ante ydola q fecistis. et
ipo ore q paulo ante ob necem ad
uersarioz dno cantaueratis. sy
mulacra uob fieri poposcistis. et ill
oculis ueniandis qb dnm i nube
ul i igne uidere soletatis. symu
lacra intuebamini. mana q; ap
uos fastidio fuit. et sp i desto g
dnm murmurastis. et ad egiptum un
uos manu ualida eiecerat re
dire uoluistes. Quid plura. ita patres
ursi crebra puocatioe dnm irrita
uerunt. ut oes i heremo moreretur.
n plures ex senioib q duo hoes i
tra pmissionis intrent. S; qd
antiqua replicam. cu et si
illa n fecissetis. ob h sol' nemo
uos dign uenie iudicaret. qd
ipm ihm xm dnm pphaz sp uo
cib pmissu. n solu suscipe no
luistis. s; et morte pessima l
turpissima pemistis. que nos ut

conquirimus statim edidimus cum nobis non fuit ante de illo predicatum. Unde quod ydolis serviebamus non obstinationi mentis sed ignorantie deputandum est. Qui cum agnitum vivo sequi olim servi fuissemus si ante cognovissemus. Si autem vos de generis nobilitate iactatis, quia non moribus imitatio magis quam carnalis nativitas nos facit filios esse sanctorum. Denique esau et ysmael cum ex abrahe stirpe sint minime tamen in filios reputantur. Hiis utrumque altercantibus apostolus se medium interponens ita partium dirimit questiones ut neutrum eorum sua iusticia meruisse salutem confirmet: iudeos quod per prevaricationem legis deum inhonoraverint, gentiles quod cum deum cognoverint, cognitum de creatura creatorem deum debuerint venerari, gloriam eius in manufacta mutaverint. Utrosque et similiter veniam consecutos equales esse verissima ratione demonstrat. Presertim cum in eadem lege predictum sit et iudeos et gentes ad fidem christi vocandos ostendat. Quapropter vicissim eos humilians ad pacem et concordiam cohortatur.

Argumentum.

Romani sunt in partibus ytalie. Hii preventi a falsis apostolis ut sub nomine domini ihesu christi in lege et prophetas inducti. Hos revocat apostolus ad veram et evangelicam fidem. scribens eis a corintho. Primum quidem gratias ago deo meo.

Prologus.

Epistole ad Romanos causa hec est. Ecclesiam de duobus populis i. iudeis et gentibus aggregata exequitur meritis ut causas eis auferret simultatis que de voluntate prelationis mutue nascebantur. Ergo ut pace et caritate inter se iungantur ostendunt pares et comprobantur salutem per fidem christi et gratiam consecuti. Nam et iudeos profuisse legem incustoditam docet. nec gentiles posse legis ignorantia defendi. quos et ad dei noticiam producere et ab omni vite impuritate potuit revocare.

Versus damasi.

Iam dudum saulus procerum precepta secutus. Cum domino patrias vellet proponere leges. Abnuerat sanctos christi laudasse prophetas. Predibus assiduis carpens discerpere plebem. Dum lacerat sancte matris pia viscera cet. Post tenebras verum meruit cognoscere lumen. Temptavit sensit posset que gloria christi. Auribus et domini vocem lucemque recepit. Posuit mores christi precepta secutus. Mutato placuit postquam de nomine paulus. Mira fides rerum subito trans ethera vectus. Noscere promeruit possent que premia vite. Ascendens raptus martyr penetralia christi. Tercia lux celi tenuit paradysus euntem. Colloquiis domini fruitur secreta reservat. Gentibus ac populis iussus predicere vera. Profundum penetrare maris noctemque diemque. Discere et magnum satis est vicisse latentem. Verbera vincla famem lapides rabiemque ferarum. Carceris inluviem virgas tormenta catenas. Naufragium

lacrimas. Serpentis dira venena.
Stygmata non timuit portare
in corpore Christi. Credentes docuit
possent qui vincere mortem. Dignus
amore dei. vixit per secla magister.
Versibus his breviter fateor be-
atissime doctor. Sanctus ecce tuos Da-
masus. voluit monstrare triu-
p h o s. Epistola .i.

PAULUS servus
ihesu christi. vocatus apostolus
segregatus in evangelium dei. quod
ante promiserat per prophetas suos
in scripturis sanctis de filio suo.
qui factus est ei ex semine david secundum carnem.
qui predestinatus est filius dei filius
dei in virtute secundum spiritum sanctificatio-
nis. ex resurrectione mortu-
orum. ihesu christi domini nostri. per quem accepimus
gratiam et apostolatum ad obedien-
dum fidei in omnibus gentibus pro nomi-
ne eius. in quibus estis et vos vo-
cati ihesu christi. omnibus qui sunt rome.
dilectis dei. vocatis sanctis. gratia
vobis et pax a deo patre nostro.
et domino ihesu christo. Primum quidem gratias ago de-
o meo per ihesum christum pro omnibus vobis. quia fides
vestra annuntiatur in universo mun-
do. Testis enim mihi est deus. cui servio
in spiritu meo in evangelio filii eius. quod sine
intermissione memoriam vestri fa-
cio semper in orationibus meis. obsecrans.
si quo modo tandem aliquando prosperum iter
habeam in voluntate dei veniendi
ad vos. Desidero enim videre vos. ut
aliquid impertiar vobis gratie spiritualis
ad confirmandos vos. id est simul conso-
lari in vobis per eam que invicem est
fidem vestram atque meam. Nolo
autem ignorare vos fratres. quia sepe pro-
posui venire ad vos. et prohi-
bitus sum usque adhuc. ut aliquem
fructum habeam in vobis. sicut et in ce-
teris gentibus. Grecis ac bar-
baris. sapientibus et insipientibus
debitor sum. ita quod in me promptum
est evangelizare. Non enim erubesco
evangelium. Virtus enim dei est in salutem
omni credenti. iudeo primum et greco.
Iusticia enim dei in eo revelatur ex
fide in fidem. sicut scriptum est. Iustus
autem meus ex fide vivit. Revelatur enim ira abacuc
dei de celo super omnem impietatem
et iniusticiam hominum eorum. qui veritatem
dei in iniusticia detinent.
quia quod notum est dei manifestum est in illis.
Deus enim illis manifestavit. Invisi-
bilia enim ipsius a creatura mundi per
ea que facta sunt intellecta conspici-
untur. Sempiterna quoque virtus
eius et divinitas. ita ut sint
inexcusabiles. quia cum cognovis-
sent deum. non sicut deum glorifica-
verunt aut gratias egerunt.
sed evanuerunt in cogitationibus suis. et obscuratum est insipiens
cor eorum. dicentes enim se esse sapientes
stulti facti sunt. et mutaverunt
gloriam incorruptibilis dei in simili-
tudinem ymaginis corrup-
tibilis. et volucrum. et quadrupe-
dum. et serpentium. Propter quod tradidit
illos deus in desideria cordis sui in
inmundiciam ut contumeliis af-
ficiant corpora sua in semetipsis.
qui commutaverunt veritatem dei
in mendacium. et coluerunt et ser-
vierunt creature potius
quam creatori qui est benedictus in secula.

Propterea tradidit illos deus in passiones ignominie. Nam femine eorum inmutaverunt naturalem usum in eum usum qui est contra naturam. Similiter et masculi relicto naturali usu femine exarserunt in desideriis suis in invicem masculi in masculos turpitudinem operantes et mercedem quam oportuit erroris sui in semetipsis recipientes. Et sicut non probaverunt habere deum in noticia, tradidit illos deus in reprobum sensum ut faciant que non conveniunt. Repletos omni iniquitate, malicia, inpudicitia, fornicatione, avaricia, nequitia, plenos invidia, homicidio, contentione, dolo, malignitate, susurrones, detractores, deo odibiles, contumeliosos, superbos, elatos, inventores malorum, parentibus inobedientes, insipientes, inconpositos, sine affectione, absque federe, sine misericordia. Qui cum iusticiam dei cognovissent non intellexerunt quoniam qui talia agunt digni sunt morte, non solum qui faciunt ea, sed et qui consentiunt facientibus.

ii **Cap. Secundum.**

Propter quod inexcusabilis es o homo omnis qui iudicas. In quo enim alterum iudicas teipsum condempnas; eadem enim agis que iudicas. Scimus enim quod iudicium dei est secundum veritatem in eos qui talia agunt. Existimas autem hoc o homo omnis qui iudicas eos qui talia agunt et facis ea, quia tu effugies iudicium dei? An divitias bonitatis eius et patientie et longanimitatis contempnis? ignorans quoniam benignitas dei ad penitentiam te adducit. Secundum duriciam tuam et inpenitens cor tuum thesaurizas tibi iram in die ire et revelationis iusti iudicii dei, qui reddet unicuique secundum opera eius. His quidem qui secundum patientiam boni operis gloriam et honorem et incorruptionem querunt vitam eternam. His autem qui ex contentione sunt et qui non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati, ira et indignatio. Tribulatio et angustia in omnem animam hominis operantis malum, Iudei primum et Greci. Gloria autem et honor et pax omni operanti bonum, Iudeo primum et Greco. Non est enim personarum acceptio apud deum. Quicumque enim sine lege peccaverunt sine lege peribunt; et quicumque in lege peccaverunt per legem iudicabuntur. Non enim auditores legis iusti sunt apud deum, sed factores legis iustificabuntur. Cum enim gentes que legem non habent naturaliter ea que legis sunt faciunt, eiusmodi legem non habentes ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia ipsorum et inter se invicem cogitationum accusantium aut etiam defendentium, in die cum iudicabit deus occulta hominum secundum evangelium meum per Iesum Christum dominum nostrum. Si autem tu Iudeus cognominaris et requiescis in lege et gloriaris in deo et cognoscis voluntatem eius et probas utiliora instructus per legem, confidis teipsum ducem esse cecorum, lumen eorum qui in tenebris sunt, eruditorem insipientium, magistrum infantium, habentem formam scientie et veritatis in lege.

Quare malorum differatur vindicta et quare deus peccatores non statim castiget [illegible] non occidat duplex est ratio. videlicet ut eos huiusmodi gratia tolerantia ad penitentiam consulatur et ut ille iudicet impatientes. Si ideo noluit dampnare peccantes. Si enim patiens non esset, ideo deus qui hunc dispensat, non iustos de peccatoribus habuisset, non habiturus esset. Si mox deus vellet punire quos punit.

qui ergo alium doces, te ipsum non doces.
quid predicas non furandum, furaris.
quid doces non mechandum, mecharis.
qui abhominaris ydola, sacrilegium facis.
qui in lege gloriaris, per prevaricationem
legis deum inhonoras. Nomen enim dei per
vos blasphematur inter gentes, sicut scriptum
est. Circumcisio quidem prodest, si legem ob
serves. Si autem prevaricator legis sis,
circumcisio tua preputium facta est. Si igitur
preputium iusticias legis custodiat,
nonne preputium illius in circumcisionem re
putabitur? et iudicabit quod ex natura est
preputium legem consummans, te qui per
litteram et circumcisionem prevaricator
legis es. Non enim qui in manifesto
iudeus est, neque que in manifesto in car
ne est circumcisio. sed qui in abscondito
iudeus, et circumcisio cordis in spiritu non
littera. cuius laus non ex hominibus sed ex
deo est. ·III· Quid ergo
amplius est iudeo? aut que utili
tas circumcisionis? Multum quidem per
omnem modum. Primum quidem quia credi
ta sunt illis eloquia dei. Quid enim si quidam
illorum non crediderunt? Numquid
incredulitas illorum fidem dei evacu
avit? absit. Est autem deus verax. omnis autem
homo mendax. sicut scriptum est. ut iustifi
ceris in s. t. et v. c. iud. Si autem
iniquitas nostra iusticiam dei commendat.
quid dicemus? Numquid iniquus est deus qui in
fert iram? secundum hominem dico. absit.
Alioquin quomodo iudicabit deus hunc
mundum? Si enim veritas dei in meo
mendacio habundavit in gloriam ipsius,
quid adhuc et ego tamquam peccator iudicor?
et non sicut blasphemamur, et sicut aiunt
quidam nos dicere. Faciamus mala ut
veniant bona. quorum dampnatio iusta est.
Quid ergo? precellimus eos? Nequaquam.
Causati enim sumus iudeos atque grecos
omnes sub peccato esse. sicut scriptum est. quia
non est iustus quisquam. non est intelligens. non
est requirens deum. omnes decli. simul i. f. s.
non est qui faciat bonum. non est usque ad unum. Se
pulcrum patens est guttur eorum. linguis suis
dolose agebant. venenum aspidum sub labiis eorum.
Quorum os maledictione et amaritudine plenum est.
veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Contritio
et infelicitas in viis eorum. et viam pacis non
cognoverunt. non est timor dei ante oculos eorum.
Scimus autem quia quecumque lex loquitur, his qui in
lege sunt loquitur. ut omne os obstruatur.
et subditus fiat omnis mundus deo. quia ex
operibus legis non iustificabitur omnis caro
coram illo. Per legem enim cognitio peccati.
Nunc autem sine lege iusticia dei mani
festata est. testificata a lege et
prophetis. Iusticia autem dei per fidem iesu christi in
omnes et super omnes qui credunt in eum. Non
enim est distinctio. Omnes enim pecca
verunt et egent gloria dei. iusti
ficati gratis per gratiam ipsius per redemp
tionem que est in christo ihesu. quem propo
suit deus propiciatorem per fidem in
sanguine ipsius. ad ostensionem iu
sticie sue propter remissionem prece
dentium delictorum in sustentatione
dei. ad ostensionem iusticie eius in hoc
tempore. ut sit ipse iustus et iustifi
cans eum qui ex fide est ihesu. Ubi
est ergo gloriatio tua? Exclusa est.
Per quam legem? Factorum? Non. sed
per legem fidei. Arbitramur enim
iustificari hominem per fidem sine
operibus legis. An iudeorum deus tantum?
nonne et gentium? Immo et gentium.

quidem unus deus qui iustificat circumci
sionem ex fide. et preputium per fidem.
Legem ergo destruimus per fidem? absit.
Sed legem statuimus. IIII
Quid ergo dicemus invenisse abraham
patrem nostrum secundum carnem? Si enim abraham
ex operibus iustificatus est. habet gloriam.
sed non apud deum. Quid enim dicit scriptura?
Credidit abraham deo. et reputatum est illi ad iu-
sticiam. Ei autem qui operatur merces non imputa
tur secundum gratiam sed secundum debitum. Ei vero qui
non operatur. credenti autem in eum qui iu-
stificat impium. reputatur fides
eius ad iusticiam. secundum propositum gratie
dei. sicut et david. beatitudinem ho
minis cui deus accepto fert iu-
sticiam sine operibus. Beati quorum re
misse sunt iniquitates. et quorum tecta sunt peccata. Beatus
vir cui non imputavit deus peccatum. Beati
tudo ergo hec. in circumcisione tantum ma
net. an et in preputio. Dicimus
enim quia reputata est fides abrahe
ad iusticiam. In circumcisione. an
in preputio. Non in circumcisione sed in
preputio. Et signum accepit circumci
sionis signaculum iusticie fidei que
est in preputio. ut sit pater omnium
credentium per preputium. ut reputetur
et illis ad iusticiam. et sit pater
circumcisionis. non his tantum qui sunt ex circumci
sione. sed et his qui sectantur vesti
gia que fidei. que est in preputio patris
nostri abrahe. Non enim per legem pro
missio facta est abrahe. aut semini eius.
ut heres esset mundi. sed per iusti
ciam fidei. Si enim qui ex lege heredes
sunt. exinanita est fides. abolita est
promissio. Lex enim iram operatur. Ubi enim
non est lex. nec prevaricatio. Ideo
ex fide. ut secundum gratiam firma sit promis
sio omni semini. non ei qui ex lege est
tantum. sed et ei qui ex fide est abrahe
qui est pater omnium nostrum. sicut scriptum est quia
patrem multarum gentium posui te
ante deum cui credidisti. qui iustificat
mortuos. et vocat ea que non sunt. tamquam
ea que sunt. Qui contra spem in spem credidit. ut fie
ret pater multarum gentium. secundum quod dictum
est ei. Sic erit semen tuum sicut stelle
celi. et sicut harena maris. Et non
est infirmatus in fide nec consideravit
corpus suum iam emortuum. cum iam fere
centum annorum. et emortuam vulvam
sare. In repromissione autem dei non hesi
tavit diffidentia. sed confortatus est
fide: dans gloriam deo. plenissime
sciens. quia quecumque promisit. potens est et
facere. Ideo et reputatum est illi ad
iusticiam. Non est autem scriptum tantum propter ipsum
tantum. quia reputatum est ei ad iusticiam sed et propter
nos quibus reputabitur credentibus
in eum qui suscitavit iesum christum dominum nostrum ex
mortuis. qui traditus est propter delicta nostra
et resurrexit propter iustificationem nostram.
IUstificati igitur ex fide. V.
pacem habeamus ad deum per
dominum nostrum iesum christum per quem et accessum
habemus per fidem in gratiam istam in qua
stamus. et gloriamur in spe glorie filiorum
dei. Non solum autem. sed et gloriamur in tri
bulationibus. scientes quod tribulatio
pacientiam operatur. pacientia vero proba
tionem. probatio vero spem. spes autem non confundit.
quia caritas dei diffusa est in cordibus nostris per
spiritum sanctum qui datus est nobis. Ut quid enim christus cum adhuc
infirmi essemus secundum tempus pro impiis mor
tuus est. Vix enim pro iusto quis
moritur. Nam pro bono forsitan quis audeat mori.

Commendat autem deus caritatem suam in nobis quoniam
si cum adhuc peccatores essemus christus pro nobis
mortuus est. multo magis igitur iustifica-
ti nunc in sanguine ipsius salvi erimus ab
ira per ipsum. Si enim cum inimici essemus
reconciliati sumus deo per mortem fi-
lii eius. multo magis reconciliati sal-
vi erimus in vita ipsius. Non solum autem, sed et
gloriamur in deo per dominum nostrum iesum christum per quem nunc
reconciliationem accepimus. Propterea sicut
per unum hominem in hunc mundum peccatum in-
travit. et per peccatum mors. ita in omnes
homines pertransiit mors in quo omnes peccave-
runt. usque enim ad legem peccatum erat
in mundo. peccatum autem non imputabatur cum
lex non esset. sed regnavit mors ab
adam usque ad moysen. et in eos qui non
peccaverunt in similitudinem prevarica-
tionis ade. qui est forma futuri.
Sed non sicut delictum ita et donum. Si enim in
unius delicto multi mortui sunt. mul-
to magis gratia dei et donum in gratia unius hominis
iesu christi in plures habundavit. Et non sicut
per unum peccantem ita et donum. Nam
iudicium quidem ex uno in condempnationem.
gratia autem ex multis delictis in iustificationem.
Si enim in unius delicto mors regnavit
per unum. multo magis habundantiam
gratie et donationis et iustitie acci-
pientes in vita regnabunt per unum iesum
christum. Igitur sicut per unius delictum in omnes homines
in condempnationem. sic et per unius iustitiam
in omnes homines in iustificationem vite.
Sicut enim per unius inobedientiam unius hominis
peccatores constituti sunt multi. ita et per unius
obedientiam iusti constituentur multi.
Lex autem subintravit ut habundaret
delictum. ubi autem habundavit delictum. super-
habundavit et gratia. ut sicut regnavit
peccatum in mortem. ita et gratia regnet per
iustitiam in vitam eternam per iesum christum dominum nostrum.

Quid ergo dicemus VI. VI.
Permanebimus in peccato ut gratia
habundet? absit. Qui enim mor-
tui sumus peccato quomodo adhuc vive-
mus in illo? An ignoratis fratres quia
Quicumque baptizati sumus in christo iesu in
morte ipsius baptizati sumus. Conse-
pulti enim sumus cum illo per baptismum
in mortem. ut quomodo surrexit christus a mor-
tuis per gloriam patris. ita et nos in
novitate vite ambulemus. Si
enim complantati facti sumus similitudi-
ni mortis eius simul et resurrec-
tionis erimus. Hoc scientes quia vetus
homo noster simul crucifixus est. ut de-
struatur corpus peccati. ut ultra non
serviamus peccato. Qui enim mortuus est
iustificatus est a peccato. Si autem mor-
tui sumus cum christo. credimus quia simul
etiam vivemus cum eo. scientes quod christus
resurgens ex mortuis iam non moritur.
mors illi ultra non dominabitur. quod enim mor-
tuus est peccato. mortuus est semel. quod autem
vivit vivit deo. Ita et vos existima-
te vos quidem mortuos esse peccato vi-
ventes autem deo in christo iesu domino nostro. Non
ergo regnet peccatum in vestro mortali
corpore. ut obediatis concupiscen-
tiis eius. Sed neque exhibeatis membra
vestra arma iniquitatis peccato. sed ex-
hibete vos deo tamquam ex mortu-
is viventes. et membra vestra arma
iustitie deo. Peccatum enim vobis non
dominabitur. non enim estis sub lege. sed
sub gratia. Quid ergo? Peccabimus quia
non sumus sub lege. sed sub gratia?
absit. An nescitis quoniam cui exhi-
betis vos servos ad obediendum.
servi estis eius cui obedistis. sive

VI. pecc(at)i in mortem. sive obeditionis
in vitam. Gratias autem deo quia
fuistis servi peccati. obedistis autem
ex corde in eam formam doctrine
in qua traditi estis. liberati autem a
peccato servi facti estis iustitie.
Humanum dico propter infirmita
tem carnis vestre. Sicut enim exhibu
istis membra vestra servire inmundi
tie et iniquitati ad iniquitatem ita
nunc exhibete membra vestra servire iu
stitie in sanctificationem. Cum enim servi
essetis peccati. liberi fuistis iustitie.
Quem ergo fructum habuistis tunc in illis
in quibus nunc erubescitis. Nam
finis illorum mors est. Nunc vero liberati
a peccato servi autem facti deo. habetis
fructum vestrum in sanctificationem.
finem vero vitam eternam. Stipendia
enim peccati mors est. gratia autem dei vita e
VII. terna in christo ihesu domino nostro. VII.
An ignoratis fratres. Scien
tibus enim legem loquor. quia
b. lex in homine dominatur quanto
tempore vivit. Nam que sub viro
est mulier. vivente viro alli
gata est legi. Si autem mortuus fuerit
vir eius. soluta est a lege viri. Igitur
vivente viro vocabitur adultera. si
fuerit cum alio viro. Itaque et vos fratres
mei. et vos mortificati estis legi
per corpus christi. ut sitis alterius qui ex mor
tuis resurrexit. ut fructificemus
deo. Cum enim essemus in carne. et passio
nes peccatorum que per legem erant operabantur
in membris nostris ut fructificarent
morti. Nunc autem soluti sumus a lege
mortis. in qua detinebamur. ita ut serviamus
in novitate spiritus et non in vetusta
te littere. Quid ergo dicemus. lex pec
catum est? Absit. Sed peccatum non cog
novi nisi per legem. Nam concupiscentiam
nesciebam esse peccatum nisi lex diceret.
Non concupisces. Occasione autem accep
ta peccatum per mandatum operatum est in me
omnem concupiscentiam. Sine lege
enim peccatum mortuum erat. Ego autem
vivebam sine lege aliquando. Sed cum
venisset mandatum. peccatum revixit.
Ego autem mortuus sum. et inventum est mihi
mandatum quod erat ad vitam. hoc esse
ad mortem. Nam peccatum occasione
accepta per mandatum. seduxit me.
et per illud occidit. Itaque lex sancta quidem. .c.
et mandatum sanctum. et iustum et bonum.
Quod ergo bonum est mihi factum est mors? Absit.
Sed peccatum ut appareat peccatum. per bo
num mihi operatum est mortem. ut fiat
supra modum peccans peccatum per mandatum.
Scimus enim quia lex spiritualis est. ego autem carnalis
sum. venundatus sub peccato. Quod enim operor
non intelligo. Non enim quod volo hoc ago.
sed quod odi illud facio. Si autem quod nolo.
illud facio. consentio legi quoniam bona est.
Nunc autem iam non ego operor illud. sed quod in
habitat in me peccatum. Scio enim quia
non habitat in me. hoc est in carne mea
bonum. Nam velle adiacet mihi. perficere
autem bonum non invenio. Non enim quod volo bo
num hoc facio. sed quod nolo. malum hoc
ago. Si autem quod nolo illud facio. non
ego operor illud. sed quod habitat in me peccatum.
Invenio ergo legem volenti mihi fa
cere bonum. quoniam mihi malum adiacet.
Condelector enim legi dei secundum interiorem
hominem. Video autem aliam legem in mem
bris meis repugnantem legi mentis
mee. et captivantem me in lege

peccati · que est in membris meis · Infelix
ego homo ; quis me liberabit de corpore mor
tis huius · Gratia dei per iesum christum dominum nostrum · Igitur
ego ipse mente seruio legi dei · car
ne autem legi peccati · Nihil ergo nunc dampnationis
est his · qui sunt in christo ihesu · qui non
secundum carnem ambulant · Lex enim spiri
tus uite in christo · id est liberauit me a
lege peccati et mortis · VIII

Nam quod inpossibile erat
legi · in quo infirmabatur per
carnem · deus filium suum mittens in
similitudinem carnis peccati · et de peccato
dampnauit peccatum in carne · ut iusti
ficatio legis impleretur in nobis · qui non
secundum carnem ambulamus · sed secundum spiritum ·
Qui enim secundum carnem sunt · que carnis sunt sapi
unt · qui uero secundum spiritum · que sunt spiritus sapiunt ·
Nam prudentia carnis mors est ·
prudentia autem spiritus uita et pax ·
quoniam sapientia carnis inimica est deo ·
Legi enim dei non est subiecta · nec enim potest ·
Qui autem in carne sunt · deo placere non possunt
Vos autem in carne non estis · sed in spiri
tu si tamen spiritus habitat in uobis · Si quis autem
spiritum christi non habet ; hic non est eius · Si autem christus in
uobis est · corpus quidem mortuum est propter
peccatum · spiritus uero uiuit propter iustificationem ·
Quod si spiritus eius qui suscitauit ihesum christum a mor
tuis · uiuificabit et mortalia corpora uestra propter
inhabitantem spiritum eius in uobis · Ergo fratres
Debitores sumus non carni · ut secundum car
nem uiuamus · Si enim secundum carnem uixeritis
moriemini · Si autem spiritu facta carnis
mortificaueritis · uiuetis · Quicumque
enim spiritu dei aguntur · hi filii sunt dei ·
Non enim accepistis spiritum seruitutis
iterum in timore · sed accepistis spiritum
adoptionis filiorum in quo clamamus · abba · pater

·spiritui·

·habitantem in uobis·
corpora·

Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui
nostro · quod sumus filii dei · Si autem filii et
heredes · heredes quidem dei · coheredes autem
christi ; si tamen conpatimur · ut et conglorificemur ·
Existimo enim quod non sunt condigne passi
ones huius temporis ad futuram gloriam · que reuelabitur in nobis ·
Nam expectatio creature reuelati
onem filiorum dei expectat · Vanitati enim
creatura subiecta est non uolens · sed propter eum qui sub
iecit in spe · quia et ipsa crea
tura liberabitur a seruitute cor
ruptionis in libertatem glorie filiorum dei ·
Scimus enim quod omnis creatura ingemiscit et
parturit usque adhuc · non solum autem illa ·
sed et nos ipsi primicias spiritus habentes ·
intra nos gemimus · adoptionem fi
liorum dei expectantes redemptionem
corporis nostri · Spe enim salui facti sumus ·
Spes autem que uidetur non est spes · Nam
quod uidet quis · quid sperat · Si autem quod non
uidemus speramus · per patientiam expec
tamus · Similiter autem et spiritus adiuuat in
firmitatem nostram · Nam quid oremus sicut
oportet nescimus · sed ipse spiritus postu
lat pro nobis gemitibus inenarrabi
libus · Qui autem scrutatur corda · scit
quid desideret spiritus · quia secundum deum postulat
pro sanctis · Scimus autem quod diligentibus
deum · omnia cooperantur in bonum · his qui secundum propositum
uocati sunt sancti · Nam quos presciuit et
predestinauit conformes fieri y
maginis filii sui · ut sit ipse primogenitus
in multis fratribus · Quos autem predestina
uit · et hos et uocauit · et quos uoca
uit · hos et iustificauit · Quos autem
iustificauit · illos et glorificauit ·
Quid ergo dicemus ad hec · Si deus pro nobis
quis contra nos · Qui etiam proprio filio suo non
pepercit · sed pro nobis omnibus tradidit illum

·subiectam·
·eam·

Quomodo non etiam cum illo nobis omnia donavit?
Quis accusabit adversus electos dei?
Deus qui iustificat. Quis est qui condem-
net? Christus Ihesus qui mortuus est pro
nobis. immo qui et resurrexit. qui est
ad dexteram dei. qui etiam interpellat pro
nobis. Quis ergo nos separabit a caritate
Christi? Tribulatio. an angustia. an
persecutio. an fames. an nudi-
tas. an periculum. an gladius? Sicut
f scriptum est quia propter te mortificamur tota die:
estimati sumus ut oves occisionis. Sed in his
omnibus superamus propter eum qui dilexit nos.
Certus sum enim quia neque mors neque
vita neque angeli neque principatus neque
presentia neque futura neque fortitudo.
neque altitudo neque profundum. neque crea-
tura aliqua. poterit nos separare
a caritate dei que est in Christo Ihesu domino nostro.

ix. Veritatem dico VIII.
in Christo. non mentior. testimonium
mihi perhibente conscientia mea in
spiritu sancto. quia tristicia est mihi magna.
et continuus est mihi dolor cordi
meo. Optabam enim ipse ana-
thema esse a Christo pro fratribus meis.
qui sunt cognati mei secundum carnem. qui sunt
israhelite. quorum est adoptio filio-
rum dei. et gloria. et testamentum. et
legislatio. et obsequium. et rep-
f missio. quorum patres. et ex qui-
bus est Christus secundum carnem. qui est super omnia deus
benedictus in secula amen. Non autem quod
exciderit verbum dei. Non enim omnes qui
ex israhel sunt. hii sunt israhelite. neque qui semen sunt
abrahe. omnes filii. sed in ysaac vocabi-
tur semen. id est non qui sunt filii carnis. hii
sunt filii dei. sed qui filii sunt promissionis.
estimantur in semine. Promissionis enim

verbum hoc est. Secundum hoc tempus veniam
et erit sare filius. Non solum autem. sed
et rebecca ex uno concubitu ha-
bens duos filios ysaac patris nostri.
Cum enim nondum nati fuissent. aut d
aliquid egissent boni aut mali. ut secundum
electionem propositum dei maneret.
non ex operibus. sed ex vocante dic-
tum est ei. quia maior serviet mi-
nori. sicut scriptum est. Jacob dilexi.
esau autem odio habui. Quid ergo
dicemus? Numquid iniquitas est apud deum?
Absit. Moysi enim dicit. Misere-
bor cui misereor. et misericordiam pre-
stabo. cui miserebor. Igitur non vo-
lentis. neque currentis. sed miseren-
tis est dei. Dicit enim scriptura pharaoni.
quia in hoc ipsum excitavi te. ut o-
stendam in te virtutem meam. et
ut annuntietur nomen meum in uni- a
versa terra. Ergo cuius vult deus miseretur.
et quem vult indurat. Dicis itaque
mihi. Quid adhuc queritur? Vo-
luntati enim eius quis resistit?
O homo. tu quis es. qui respondeas deo?
Numquid dicit figmentum ei qui se
finxit. quid me fecisti sic? An
non habet potestatem figulus luti.
ex eadem massa facere aliud quidem vas a
in honorem. aliud vero in contumeliam.
Quod si volens deus ostendere iram
suam. et notam facere potentiam
suam. sustinuit in multa patientia
vasa ire apta in interitum. ut o- e
stenderet divicias glorie sue.
in vasa misericordie sue. que preparavit
in gloriam. quos et vocavit. non solum
ex iudeis sed et ex gentibus. sicut in
osee dicit. vocabo non plebem meam.

plebē meā. 7 n̄ dilectā meā di
lectā meā. 7 n̄ miam ɔ̄secutā.
miā; ɔ̄secutā. Et erit i loco. ubi
dictū ē eis. n̄ plebs mea uos. hi
uocabunt filii di. Ysaias aūt cla
mat p isrl. Si fuit nūs filiorū
isrl. tanq̄ harena maris. relique
salue fient. Vbum ē ɔ̄summans 7
bruians i equitate. q. ubum brui
atū faciet dns sup trā. 7 sic p̄dix
ys. n̄ dns sabaoth reliq̄sset nob semē.
sic so. fc̄i essem. 7 sic gomorra
siles fuissem. Qd g̃ dicem.
q. gētes q n̄ sectabant iusticiā
ap̄hnderūt iusticiā. iusticiā
aūt q̄ ex fide ē. isrl u sectando
lege iusticie. i legē iusticie
n̄ puenit. Q̄re. q. n̄ ex fide. s;
q̄i ex opib. offenderūt i lapidē
offensionis. sic sc̄pt ē p ysaiā.
Ecce ponā i syon lapidē offen
sionis 7 petrā scan. 7 ois q̄ c̄dideit
i eū n̄ ɔ̄fundet. Ca. X.

Fr̄es. Voluntas qd̄e cordis mei
7 obsecratio i dm̄ fit p illis
i salut. Testimoniū pibeo
illis. q. emulationē di hn̄t. s; n̄ s̄
sciam. Ignorantes ē di iusticiā.
7 suā uolentes statuere. iusticie
di n̄ s subiecti. finis ē legis
x̄c ē ad iusticiā oī credenti.
Moises ē sc̄ps. q. iusticiā q̄ ē
ex lege q̄ fecit ho. uiuet i ea.
Quē aūt ex fide ē iusticia sic dicit.
Ne dixis i corde tuo. q̄s ascendet
i celū. i. x̄m deducere. aū q̄s descen
det i abyssū. h. ē. x̄m a mortuis
reuocare. S; q̄d dic sc̄pta.
Ppe ē ubū i ore tuo. 7 i corde tuo.
hoc ē ubū fidi q. p̄dicam. q. si ɔ̄
fitearis i ore tuo dm̄. i. xp̄m.
7 i corde tuo c̄didis q. ds illū
excitauit a mortuis. salu eris.
Corde ē c̄dit ad iu. ore aūt ɔ̄fes
fit ad sal. Dic ē sc̄pta. Ois qui
c̄d i il. n̄ ɔ̄. Nō ē e distinctio iu
dei 7 greci. nā id dns oium diues
i oēs qui inuocāt illū. Ois ē q;
inuocauit n̄ d. saluus erit. Q̄o
m̄ g̃ inuocabūt eū in q̄ n̄ credi
derunt. aū q̄m credent ei.
q̄ n̄ audierūt. quō aūt audient
sin̄ p̄dicante. quō u p̄dicabūt
n̄ mittant. sic sc̄pt ē. Q̄m
speciosi pedes euglizantiū
pacē. euglizantiū boā. S;
n̄ oēs obediūt eug. Ysa. ē dic.
D. q̄s credidit auditui nr̄o.
Ergo. fides ex auditu. audit
aūt p ubū x̄i. S; dico. Nūqd
n̄ audierūt. Et quidē. In om
nē t. exi. so. eorū. 7 i fi. orb t.
u. eorū. S; dico. Nūq̄ isrl n̄
ɔ̄guit. Primus moyses dic.
Ego i emulonē uos adducā.
in n̄ gentē. i gentē i̇sipientē.
i irā uos mittā. Ysaias aūt
aud; 7 d. Inuent sū a nō q̄
rentib me. palā apparui his
q̄ me n̄ interrogabant. Ad isrl
aūt dic. Tota die expandi ma
n̄ mas ad po. n̄ c. s; ɔ̄dicentē
m̄. Dico g. Nūq̄ reppulit
ds. ppl̄m suū. absit. Nā et ego
isrlita sū. ex semie abrahe.
d tribu beniamī. N̄ reppu
lit ds ⟨p⟩plebē suā q̄ p̄sciuit.
An nescitis i elia q̄d dic sc̄pta.

quemadmodum interpellat deum adversus
israel. Domine, prophetas tuos occiderunt,
altaria tua suffoderunt, et ego
relictus sum solus, et querunt animam
meam. Sed quid dicit illi responsum divinum?
Reliqui mihi vii milia virorum qui non
curvaverunt genua sua ante baal.
Sic ergo in hoc tempore reliquie secundum electio
nem gratie salve facte sunt. Si autem gratia,
iam non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia.
Quid ergo? Quod querebat israel hoc non est conse
cutus; electio autem consecuta est. Ceteri
vero excecati sunt. sicut scriptum est: Dedit
illis deus spiritum compunctionis, oculos ut
non videant, et aures ut non audiant,
usque in hodiernum diem. Et david dicit:
Fiat mensa eorum in laqueum, et in cap
tionem, et in scandalum, et in retribu
tionem, et tribulatio illis. Obscu
rentur oculi eorum ne videant, et dorsum eorum semper
incurva. XI.
Dico ergo. Numquid sic offende
runt ut caderent? Absit.
Sed illorum delicto salus gentibus est, ut
illos emulentur. Quod si delictum eorum
divicie sunt mundi, et diminu
tio eorum divicie gentium, quanto
magis plenitudo eorum? Vobis enim dico
gentibus: quamdiu quidem ego sum gentium apostolus,
ministerium meum honorifi
cabo, si quomodo ad emulandum provocem
carnem meam, ut salvos faciam ali
quos ex illis. Si enim amissio eorum
reconciliatio est mundi, que assump
tio nisi vita ex mortuis? Quod
si libatio sancta est et massa; et si
radix sancta et rami. Quod si aliqui
fracti sunt ex ramis, tu autem cum
oleaster esses, insertus es in illis

et socius radicis et pinguedinis oli
ve factus es, noli gloriari adversus
ramos. Quod si gloriaris, non tu radi
cem portas, sed radix te. Dicis ergo:
Fracti sunt rami ut ego insererer.
Bene. propter incredulitatem suam vel tuam
fracti sunt. tu autem fide stas. Noli
altum sapere, sed time. Si enim deus naturali
bus ramis non pepercit, ne forte nec
tibi parcat. Vide ergo bonitatem et severi
tatem dei: in eos quidem qui ceciderunt
severitatem, in te autem bonitatem dei, si
permanseris in bonitate; alioquin et tu
excideris. Sed et illi si non permanse
rint in incredulitate, inserentur.
Potens est enim deus iterum inserere illos.
Nam si tu ex naturali excisus es olea
stro, et contra naturam insertus es in bonam
olivam, quanto magis hi secundum naturam inse
rentur sue olive. Nolo enim vos
ignorare fratres misterium hoc, ut non
sitis vobis ipsis sapientes, quia cecitas
ex parte contigit in israel, donec pleni
tudo gentium intraret, et sic omnis
israel salvus fieret, sicut scriptum est: Veni
et ex syon qui eripiat et avertat
impietatem ab iacob. Et hoc illis a me
testamentum, cum abstulero peccata eorum.
Secundum evangelium quidem inimici propter vos,
secundum electionem autem karissimi propter patres. Si
ne penitentia enim sunt dona et vocatio dei.
Sicut enim aliquando et vos non credidistis deo,
nunc autem misericordiam consecuti estis propter incre
dulitatem illorum, ita et isti nunc non
crediderunt in vestram misericordiam, ut et ipsi
misericordiam consequantur. Conclusit enim deus
omnia in incredulitate, ut omnium mi
sereatur. O altitudo diviciarum
sapientie et scientie dei, quam incomprehensibilia

bilia sunt iudicia eius et investigabiles vie eius.
Quis enim cognovit sensum domini. aut quis
consiliarius eius fuit. aut quis prior dedit illi et
retribuetur ei. Quoniam ex ipso et per ipsum
et in ipso sunt omnia. ipsi gloria et impe
rium in secula seculorum amen. XII.
Obsecro itaque vos fratres
per misericordiam dei ut exhibeatis
corpora vestra hostiam viventem sanctam
deo placentem. rationabile sit obse
quium vestrum. Et nolite conformari huic
seculo. sed reformamini in novita
te sensus vestri. ut probetis que sit
voluntas dei bona et bene placens.
et perfecta. Dico enim per gratiam que
data est mihi omnibus qui sunt inter
vos. non plus sapere quam oportet sa
pere. sed sapere ad sobrietatem. et uni
cuique sicut deus divisit mensuram
fidei. Sicut enim in uno corpore multa
membra habemus. omnia autem membra non eundem
actum habent. ita multi unum corpus
sumus in Christo. singuli autem alter alterius
membra. Habentes autem donationes
secundum gratiam que data est nobis differentes.
Sive prophetiam secundum rationem fidei.
Sive ministerium in ministran
do. Sive qui docet in doctrina. Qui
exhortatur in exhortando. Qui
tribuit in simplicitate. Qui preest
in sollicitudine. Qui miseretur in
hilaritate. Dilectio sine si
mulatione. odientes malum.
adherentes bono. caritate fra
ternitatis invicem diligentes.
Sollicitudine non pigri. Spiritu fer
ventes. domino servientes. Spe gau
dentes. in tribulatione patientes.
Orationi instantes. necessitatibus
sanctorum communicantes. hospita

litatem sectantes. Benedicite perse
quentibus vos. benedicite et noli
te maledicere. Gaudere cum
gaudentibus. flere cum flentibus. Idipsum
invicem sentientes. Nolite pru
dentes esse apud vosmetipsos. nulli
malum pro malo reddentes. providen
tes bona. non tantum coram deo. sed etiam
coram omnibus hominibus. Si fieri potest quod ex
vobis est. cum omnibus hominibus pacem habentes. Non
vosmetipsos defendentes karissimi.
sed date locum ire. Scriptum est enim.
Mihi vindictam. et ego retribuam dicit dominus. Sed si
esurierit inimicus tuus. ciba illum.
Si sitit. potum da illi. Hoc enim faci
ens. carbones ignis congeres super
caput eius. Noli vinci a malo. sed
vince in bono malum. XIII.
Omnis anima potestatibus
sublimioribus subdita sit.
Non est enim potestas nisi a deo. Que autem sunt
a deo ordinata. vel ordinate sunt.
Itaque qui resistit potestati. dei or
dinationi resistit. Qui autem resistunt
ipsi sibi dampnationem acquirunt. Nam
principes non sunt timori boni operis.
sed mali. Vis autem non timere potesta
tem. bonum fac et habebis laudem
ex illa. Dei enim minister est tibi in bonum.
Si autem male feceris. time. Non enim
sine causa gladium portat. Dei enim
minister est vindex in iram ei qui
male agit. Ideo subditi neces
sitate estote. non solum propter iram. sed
et propter conscientiam. Ideo enim et tributa
prestatis. ministri enim dei sunt. in hoc
ipsum servientes. Reddite ergo
omnibus debita. cui tributum tri
butum. cui vectigal vectigal.
cui timorem timorem. cui honorem

honorem

vindex. ministri dei. vel ministri dei iudica
tis. qui hoc puniendo iudicat persistentem
in malo gravius puniendos

i. Mat. vel boni
conscientia
iustus quod sibi
mul. i. imm
...
sublimio
res s.
ita per dei
boni; propter
bene operantes
non puniunt sed
diligunt. Malis
debent timere
quia timeris
principes quia
mala puniunt
...
tore ne fi
at malum
timore; est
habet gladium
i. iudicium
et potestatem
non tantum sed
malos puniat
... dei mi
nister loco
dei iudicat

Nemini quicquam debeatis. nisi ut inui
cem diligatis. Qui enim diligit proxi
mum. legem impleuit. Nam non adulte
rabis. non occides. non furaberis. non
falsum testimonium dices. non concupisces
rem proximi tui. et si quod est aliud
mandatum. in hoc uerbo instauratur.
Diliges proximum tuum. sicut teipsum.
Dilectio proximi malum non operatur.
Plenitudo ergo legis est dilectio.
Et hoc scientes. quia hora est iam
nos de sompno surgere. Nunc
enim propior est nostra salus. quam cum cre
didimus. Nox precessit. dies autem
appropinquauit. Abiciamus ergo
opera tenebrarum. et indua
mur arma lucis. sic ut in
die honeste ambulemus.
non in comessationibus et ebrie
tatibus. non in cubilibus et impudi
citiis. non in contentione et emulati
one. sed induimini dominum iesum christum.
Et carnis curam ne feceri
tis in desideriis uestris.

Infirmum autem in fide XIIII.
assumite. non in disceptati
onibus cogitationum. Alius
enim credit manducare omnia.
qui autem infirmus est holera manducet.
Is qui manducat. non manducantem
non spernat. Et qui non manducat.
manducantem non iudicet. Deus enim
illum assumpsit. Tu quis es qui iudicas
alienum seruum. Suo domino stat aut
cadit. Stabit autem. Potens est enim deus sta
tuere illum. Nam alius iudicat di
em inter diem. alius iudicat om
nem diem. Unusquisque in suo sensu ha
bundet. Qui sapit diem domino sapit.
Et qui manducat domino manducat.
gratias enim agit deo. Nemo enim nostrum
sibi uiuit. et nemo sibi moritur. Siue
enim uiuimus domino uiuimus. siue morimur.
domino morimur. Siue ergo uiuimus. siue mori
mur. domini sumus. In hoc enim christus mortuus
est et resurrexit. ut et uiuorum et
mortuorum dominetur. Tu autem quid iudi
cas fratrem tuum. aut quare tu spernis fra
trem tuum. Omnes enim astabimus ante
tribunal christi uel dei. Scriptum est enim quia ui
uo ego dicit dominus. quoniam mihi flectetur
omne genu. et confitebitur omnis lingua. Itaque u
nusquisque nostrum pro se rationem reddet
deo. Non ergo amplius inuicem iudice
mus. sed hoc iudicate magis. ne
ponatis offendiculum fratribus uel scan
dalum. Scio et confido in domino iesu quia
nihil commune per ipsum. nisi ei qui existimat
quid commune sit. illi commune est. Si enim propter
cibum frater tuus contristatur. iam non secundum caritatem
ambulas. Noli cibo tuo illum per
dere. pro quo christus mortuus est. Non
ergo blasphemetur bonum nostrum. Non
est enim regnum dei esca et potus. sed
iustitia et pax et gaudium in spiritu
sancto. Qui enim in hoc seruit christo. placet deo.
et probatus est hominibus. Itaque que pacis
sunt sectemur. et que edificationis sunt
inuicem custodiamus. Noli propter escam
destruere opus dei. Omnia quidem
munda sunt. sed malum est homini qui per offen
diculum manducat. Bonum est enim
non manducare carnem. neque bibere
uinum. neque in quo frater tuus offenditur
aut scandalizatur. aut infirmatur.
Tu fidem quam habes apud temetipsum.
habe coram deo. Beatus qui non iudicat
semetipsum in eo quod probat. Qui

autem discernit, si manducaverit damp-
natus est, quia non est ex fide. Omne autem
quod non est ex fide peccatum est. XV.
Debemus autem nos firmiores in-
becillitates infirmorum su-
stinere, et non nobis ipsis pla-
cere. Unusquisque autem vestrum proximo
suo placeat in bonum ad edifica-
tionem. Etenim Christus non sibi placuit, sed
sicut scriptum est: Improperia improperanti-
um tibi ceciderunt super me. Quecumque enim
scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per pa-
tientiam et consolationem scripturarum spem habeamus. Deus
autem patientie et solatii det vobis idipsum
sapere in alterutrum secundum Iesum Christum, ut una-
nimes uno ore honorificetis
deum et patrem domini nostri Iesu Christi. Propter quod
suscipite invicem, sicut et Christus suscepit
vos in honorem dei. Dico enim Christum Iesum
ministrum fuisse circumcisionis pro
veritate dei ad confirmandas promis-
siones patrum. Gentes autem super misericordia
honorare deum, sicut scriptum est: Propter-
ea confitebor tibi in gentibus domine, et nomi-
ni tuo cantabo. Et iterum dicit: Letamini
gentes cum plebe eius. Et iterum: Laudate
dominum omnes gentes, et magnificate eum
omnes populi. Et rursus Ysaias ait: Erit
radix Iesse, qui exurget regere
gentes: in eum gentes sperabunt.
Deus autem spei repleat vos omni gau-
dio et pace in credendo, ut ha-
bundetis in spe et virtute spiritus sancti.
Certus sum autem fratres mei et ipse de vobis,
quia et ipsi pleni estis dilectione, re-
pleti omni scientia, ita ut possitis alter-
utrum monere. Audacius autem scripsi vobis
fratres ex parte, tamquam in memoriam
vos reducens, propter gratiam que data est
mihi a deo, ut sim minister Christi Iesu in
gentibus, sanctificans evangelium dei, ut
fiat oblatio gentium accepta
et sanctificata in spiritu sancto. Habeo igitur
gloriam in Christo Iesu ad deum. Non enim
audeo aliquid eorum loqui que per me non
efficit Christus in obedientia gentium
verbo et factis, potestate signorum
et prodigiorum in virtute spiritus sancti.
Ita ut ab Ierusalem per circuitum usque
Illiricum repleverim evangelium Christi.
Sic autem hoc predicavi evangelium non ubi
nominatus est Christus, ne super alienum
fundamentum edificarem, sed sicut
scriptum est: Quia quibus non est annuntiatum
de eo, videbunt, et qui non audie-
runt intelligent. Propter quod et
impediebar plurimum venire ad
vos. Nunc vero ulterius locum non habens
in his regionibus, cupiditatem autem
habens veniendi ad vos ex mul-
tis iam precedentibus annis. Cum in
Yspaniam proficisci cepero, spero quod
preteriens videam vos, et a vobis de-
ducar illuc, si vobis primum ex par-
te fruitus fuero. Nunc igitur proficis-
car Ierusalem ministrare sanctis.
Probaverunt enim Macedonia et Achaia
collationem aliquam facere in pauperes
sanctorum qui sunt in Ierusalem. Placuit enim
eis, et debitores sunt eorum. Nam si spi-
ritualium eorum participes facti sunt gen-
tiles, debent et in carnalibus mi-
nistrare eis. Hoc igitur cum consummavero et
assignavero eis fructum hunc, profi-
ciscar per vos in Hyspaniam. Scio autem
quoniam veniens ad vos in habundan-
tia benedictionis Christi veniam. Obse-
cro igitur vos fratres per dominum nostrum Iesum Christum et per

caritatem spiritus sancti. ut adiuvetis
me in orationibus vestris ad deum. ut liber
er ab infidelibus qui sunt in iudea. et
obsequii mei oblatio accepta fi
at in ierusalem sanctis. ut veniam ad vos
in gaudio per voluntatem dei. et re
frigerer vobiscum. Deus autem pacis sit cum
omnibus vobis. amen. XVI.
Commendo autem vobis phebem sororem
nostram que est in ministerio ecclesie
que est kencris. ut eam suscipia
tis in domino digne sanctis. et assistatis
ei in quocumque negotio vestri indiguerit.
Etenim et ipsa quoque astitit multis et mi
hi. Salutate priscam et aquilam ad
iutores meos in christo ihesu. qui pro anima mea
suas cervices supposuerunt. quibus non
solus ego gratias ago. sed et cuncte ecclesie
gentium. et domesticam eorum ecclesiam.
Salutate ephenetum dilectum mihi. qui est
primitivus asie in christo. Salutate mariam
que multum laboravit in vobis. Salutate
andronicum et iuliam cognatos et concap
tivos meos. qui sunt nobiles in apostolis.
qui et ante me fuerunt in christo. Salutate
ampliatum dilectissimum mihi in domino.
Salutate urbanum adiutorem nostrum in christo
et stachyn dilectum meum. Salutate
appellen probum in christo. Salutate eos qui sunt in
arystoboli domo. Salutate herodionem
cognatum meum. Salutate eos qui sunt in nar
cissi domo. qui sunt in domino. Salutate
tryphenam et tryphosam. que laborant in
domino. Salutate persidam karissimam. que multum
laboravit in domino. Salutate rufum electum
in domino. et matrem eius et meam. Salutate
asyncritum flegontem. hermen.
patrobam. hermam. et qui sunt cum eis fratres.
Salutate phylologum. et iuliam nereum
et sororem eius. et olympiadem et omnes qui
cum eis sunt sanctos. Salutate invicem in osculo
sancto. Salutant vos omnes ecclesie christi. Ro
go autem vos fratres. ut observetis eos qui
dissensiones et offendicula preter
doctrinam quam vos didicistis faciunt.
et declinate ab illis. Huiusmodi enim christo domino non
serviunt. sed suo ventri. et per dulces ser
mones et benedictiones seducunt
corda innocentium. Vestra enim obedien
tia in omnem locum divulgata est. Gau
deo igitur in vobis. sed volo vos sapientes
esse in bono. et simplices in malo. Deus
autem pacis conterat sathan sub pedi
bus vestris velociter. Gratia domini nostri ihesu christi
vobiscum. amen. Salutat vos tymotheus
adiutor meus. et lucius. et iason. et
sosipater cognati mei. Saluto vos ego
Tercius. qui scripsi hanc epistolam
in domino. Salutat vos gaius hospes meus. et
universa ecclesia. Salutat vos erastus arcarius
civitatis. et quartus frater. Gratia
domini nostri ihesu christi cum omnibus vobis. amen. Ei autem qui
potens est vos confirmare iuxta
evangelium meum et predicationem ihesu christi secundum
revelationem mysterii temporibus
eternis taciti. quod nunc patefactum est
per scripturas prophetarum secundum preceptum eterni
dei. ad obeditionem fidei in cunc
tis gentibus cognito solo deo sapienti
per ihesum christum honor et gloria in secula seculorum. amen. Explic

ARG.

Paulus apostolus .xiiii. epistolis predica
tionis sue. perstrinxit stilum. ex quibus aliquas.
per typum septiformis ecclesie. vii. scrip
sit ecclesiis. confutans pseudo. non excedens numerum sa
cramenti. per septiformem spiritus sancti efficaciam.
Scripsit autem ad romanos. et ad corinthios. ad gala
tas. ad ephesios. ad thessalonicenses. ad hebreos. ad
philippenses. Reliquas vero per modum singularibus e
didit personis. ut rursus illum numerum septe
narium ad sacramentum unitatis converteret.

Prologus

Romani sunt in partes
italie. hii fidem habentes. et scientiam fidei. igno
rantes physicas rationes consociare. predicati
oni apostoli vel prophetarum discunt. Scripsit e
is ab athenis.

Corinthii sunt achaici. Et hi
similiter ab apostolo audierunt ver-
bum veritatis. et subversi sunt multi-
fariam a falsis apostolis. quidam a ver-
bosa eloquentia philosophie; alii
ad sectam legis iudaice inducti.
Hos revocat ad veram et evangeli-
cam sapientiam. scribens eis ab epheso
per tymotheum discipulum suum.

PAULUS
vocatus apostolus ihesu christi per vo-
luntatem dei et Sostenes
frater. ecclesie dei que est corinthi.
sanctificatis in christo ihesu. vocatis
sanctis. cum omnibus qui invocant nomen domini
nostri ihesu christi. in omni loco ipsorum et nostro.
Gratia vobis et pax a deo patre nostro
et domino ihesu christo.

Cap. I.

Gratias ago deo meo semper pro
vobis in gratia dei que data est vobis
in christo ihesu. quia in omnibus divites
facti estis in illo in omni verbo. et in omni
scientia. sicut testimonium christi confirma-
tum est in vobis. ita ut nichil desit vobis
in ulla gratia. expectantibus revelati-
onem domini nostri ihesu christi. qui et confirmabit vos
usque ad finem sine crimine. in die
adventus domini nostri ihesu christi. Fidelis deus per quem
vocati estis in societatem filii eius
ihesu christi domini nostri. Obsecro autem vos fratres per nomen
domini nostri ihesu christi. ut idipsum dicatis omnes. et
non sint in vobis scismata. sitis autem per-
fecti in eodem sensu et in eadem scientia.
Significatum est enim michi de vobis fratres mei ab
hiis qui sunt cloes. quia contentiones sunt
inter vos. Hoc autem dico fratres. quod unus-
quisque vestrum dicit. ego quidem sum pauli.
ego autem apollo. ego vero cephe.
ego autem christi. Divisus est christus. Numquid pau-
lus pro vobis crucifixus est. aut in
nomine pauli baptizati estis.
Gratias deo meo quod neminem vestrum
baptizavi. nisi Crispum et
Gaium. ne quis dicat. quod in nomine
meo baptizati sitis. Baptiza-
vi autem et stephane domum. Ceterum ne-
scio si quem vestrum alium baptizaverim.
Non enim misit me christus baptizare
sed evangelizare. non in sapientia verbi.
ut non evacuetur crux christi.
Verbum autem crucis pereuntibus quidem
stulticia est. hiis autem qui salvi fiunt
id est nobis dei virtus est. Scriptum est enim
Perdam sapientiam sapientium et pru-
dentiam prudentium reprobabo. Ubi
sapiens? ubi scriba? ubi conquisitor huius
seculi? Nonne stultam fecit deus sapi-
entiam huius mundi. Nam quia in dei sapientia
non cognovit mundus deum per sapientiam.
placuit deo per stulticiam predica-
tionis salvos facere credentes. Quoniam
et iudei signa querunt. et greci sapientiam
petunt. Nos autem predicamus christum
crucifixum. iudeis quidem scandalum.
gentibus autem stulticiam. Ipsis autem vo-
catis iudeis atque grecis christum
dei virtutem et dei sapientiam. quia quod
stultum est dei. sapientius est hominibus.
et quod infirmum est dei. fortius est hominibus.
Videte autem vocationem vestram
fratres. quia non multi sapientes secundum
carnem. non multi potentes. non
multi nobiles. sed que stulta sunt
mundi elegit deus. ut confundat
sapientes. et infirma mundi
elegit deus. ut confundat fortia. et ignobi-
lia et contemptibilia mundi elegit

deus, et ea que non sunt, ut ea que sunt
destrueret: ut non glorietur omnis caro
in conspectu eius. Ex ipso autem vos es-
tis in Christo Iesu, vocati, qui factus
est nobis sapientia a deo, et iusticia
et sanctificatio et redemptio: ut
quemadmodum scriptum est: Qui gloriatur (Ieremia)
in domino glorietur. ·II·
Et ego cum venissem ad
vos fratres, non veni per subli-
mitatem sermonis aut sapientie,
annuntians vobis testimonium Christi.
Non enim iudicavi scire me
aliquid inter vos, nisi Christum Iesum, et hunc
crucifixum. Et ego in infirmita-
te et timore et tremore mul-
to fui apud vos: et sermo meus et pre-
dicatio mea non in persuasibilibus
humane sapientie verbis, sed in osten-
sione spiritus et virtutis: ut fides
vestra non sit in sapientia hominum,
sed in virtute dei. Sapientiam autem
loquimur inter perfectos: sapientiam
vero non huius seculi, neque principum
huius seculi, qui destruuntur: sed loquimur
dei sapientiam in misterio dei
Christi, que abscondita est, quam predestina-
vit deus in gloriam nostram, quam nemo
principum huius seculi cognovit. Si enim cognovis-
sent, nunquam dominum glorie crucifix-
issent. Sed sicut dicitur in scriptura
quod oculus non vidit, nec auris audi-
vit, nec in cor hominis ascendit, que preparavit deus his
qui diligunt illum. Nobis autem revelavit
deus per spiritum suum. Spiritus enim omnia scru-
tatur, etiam profunda dei. Quis enim
est scit hominum que sunt hominis, ni-
si spiritus hominis qui est in illo? Ita et
que dei sunt nemo cognovit, nisi spiritus dei.
Nos autem non spiritum huius mundi accepi-
mus, sed spiritum qui ex deo est, ut sciamus
que a deo donata sunt nobis. Que et loquimur
non in doctis humane sapientie verbis,
sed in doctrina spiritus sancti, spiritualia spiri-
tualibus comparantes. Animalis autem homo non per-
cipit ea que sunt spiritus dei. Stulti-
cia enim est illi, et non potest intelligere,
quia spiritualiter examinatur. Spiritualis
autem iudicat omnia: et ipse a nemine
iudicatur. Quis enim cognovit sensum
domini, nisi spiritus domini, qui instruit illum?
Nos autem sensum Christi habemus. ·III·
Et ego fratres karissimi non potui
vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi car-
nalibus. Tanquam parvulis in Christo
lac vobis potum dedi, non escam. Nondum
enim poteratis: sed nec nunc quidem potestis.
Adhuc enim estis carnales. Cum
enim sint inter vos zelus et contentio,
nonne carnales estis, et secundum hominem
ambulatis? Cum enim quis dicit: ego
quidem sum Pauli: alius autem: ego Apollo: nonne
homines estis? Quid igitur est Apollo? quid
vero Paulus? Ministri eius cui
credidistis, et unicuique sicut dominus
dedit. Ego plantavi, Apollo ri-
gavit: sed deus incrementum dedit. Itaque
neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat:
sed qui incrementum dat deus. Qui autem
plantat et qui rigat unum sunt. Unus-
quisque autem propriam mercedem accipiet secundum
suum laborem. Dei enim sumus adiuto-
res: dei agricultura estis, dei edifi-
catio estis. Secundum gratiam que data
est mihi, ut sapiens architectus
fundamentum posui: alius autem supere-
dificat. Unusquisque autem videat quo-
modo superedificet. Fundamentum
enim aliud nemo potest ponere preter
id quod positum est, quod est Christus Iesus.

Si quis autem superedificat super fundamen
tum hoc. aurum. argentum. lapides pre
ciosos. ligna fenum. stipulam.
unicuiusque opus manifestum erit.
dies enim domini declarabit. quia in igne
revelabitur. et uniuscuiusque opus quale
sit ignis probabit. Si cuius opus manse
rit quod superedificavit. mercedem acci
piet. Si cuius opus arserit. detrimen
tum patietur. ipse autem salvus erit. sic tamen
quasi per ignem. Nescitis quia templum dei
estis. et spiritus dei habitat in vobis. Si quis
autem templum dei violaverit. disperdet
illum deus. Templum enim dei sanctum est quod estis vos.
Nemo vos seducat. Si quis vi
detur inter vos sapiens esse in hoc
seculo. stultus fiat ut sit sapiens.
Sapientia enim huius mundi stultitia est apud
ys. deum. Scriptum est enim. Comprehen
dam sapientes in astutia eorum.
sapientium Et iterum. Dominus novit cogitationes hominum quoniam vane
sunt. Itaque nemo glorietur in ho
minibus. Omnia vestra sunt.
sive paulus. sive apollo. sive
cephas. sive hic mundus. sive vita.
sive mors. sive presentia. sive fu
tura. Omnia enim vestra sunt. vos autem christi.
Christus autem dei. IIII.
Sic nos existimet ho
mo ut ministros christi. et
dispensatores misteriorum dei.
Hic iam queritur inter dispensatores. ut
fidelis quis inveniatur. Michi autem pro minimo
est ut a vobis iudicer. aut ab humano die.
sed neque meipsum iudico. Nichil enim michi con
scius sum. sed non in hoc iustificatus sum. Qui
autem iudicat me dominus est. Itaque nolite
ante tempus iudicare. quoadusque veniat
dominus. qui et illuminabit abscondita te

nebrarum. et manifestabit consilia cor
dium. et tunc laus erit unicuique a deo.
Hec autem fratres transfiguravi in me et apollo. propter
vos. ut in vobis discatis. ne supra quam scri
ptum est. unus adversus alium infletur pro alio.
Quis enim te discernit. Quid autem habes
quod non accepisti. Si autem accepisti. quid
gloriaris quasi non acceperis. Iam saturati es
tis. iam divites facti estis. sine nobis
regnatis. et utinam regnetis. ut et nos
vobiscum regnemus. Puto enim quod nos deus apo
stolos novissimos ostendit. tamquam
morti destinatos. quia spectaculum
facti sumus huic mundo. et angelis et hominibus.
Nos stulti propter christum. vos autem prudentes in christo.
nos infirmi. vos autem fortes. Vos no
biles. nos autem ignobiles. Usque in hanc ho
ram et esurimus. et sitimus. et nudi sumus.
et colaphis cedimur. et instabiles sumus.
et laboramus operantes manibus nostris.
Maledicimur. et benedicimus. Persecu
tionem patimur. et sustinemus. Blasphe
mamur. et obsecramus. Tamquam purga
menta huius mundi facti sumus. omnium pe
ripsima. usque adhuc. Non ut confundam
vos hec scribo vobis. sed ut filios meos ka
rissimos moneo. Nam si decem milia peda
gogorum habetis in christo. sed non multos patres.
Nam in christo ihesu per evangelium ego vos genui.
Rogo ergo vos fratres. imitatores mei
estote. Ideo misi ad vos tymotheum
qui est filius meus karissimus. et fidelis in domino.
qui vos commonefaciat vias meas que sunt
in christo ihesu. sicut ubique in omni ecclesia doceo.
Tamquam non venturus sim ad vos. sic
inflati sunt quidam. Veniam autem ad vos
cito si dominus voluerit. et cognoscam non ser
monem eorum qui inflati sunt. sed virtu
tem. Non enim in sermone est regnum dei. sed in vir
tute.

Q'd uultis. In uirga ueniā ad uos.
an in karitate et spu mansuetudinis.
O Mnino audit' int' V.
uos fornicō. et tal' fornicō
q'l n inf gtes. ita u uxore pa
tris sui q's hēat. Et uos inflati estis.
et n mag luctū hūistis. ut tollat'
d' medio urm qui h' op' fec. Ego
qd' absens corpe. p'sens at spu. iam
iudicaui ut p'sens eum. eū q' sic
opat' ē. in no. dn. n. i. x. congregati ub
et meo spu cū uirtute domini ihu.
tdē sathane in int'itū carnis. ut
sps salu' sit i die iudicii. Nō bona
glatio u'. Nescitis q' modic' fer
mētū totā massam corrūpit. Ex
E xpurgate g' uet' fermētū. ut
sitis noua cōspsio. sic estis azimi.
Etenī pascha nrm imolat' ē x̄. Itaq;
epulemr n i fermēto ueti. n; in
fermēto malicie et neq'cie. sed
i azimis sinceritatis et u'itatis.
Scpsi ub i epla. ne cōmisceamini
fornicariis. et n utiq; h' m'. l' h'
mdi. aut rapacib'. aut auaris. aut
ydol' s'uientib'. alioq' d'buerat'is
d' h' mūdo exisse. Nc at scripsi
ub n cōmisceri. Si is q' fr noiat'
int' uos. ē fornicator. aut auarus.
aut ydol' s'uiens. aut maledic'. aut
ebriosus. aut rapax. cū hi. n cib'
sumere. Q'd ē m d' his q' foris s'
iudicare. Nonne d' his q' int'
s' uos iudicatis. Nā eos q' foris
s' ds iudicab'. Auferte mal' ex
A uob ipsis. VI.
Vdz aliq's urm hns negoti
um adu'sus alt'm iudi
cari ap iniquos. et n ap scos. An
nescitis q'm sci d' h' mūdo iudicab't. Et si i ub
iudicab' hic mūd'. īdigni estis
q' d' minimis iudicetis. Nescitis
q'm angelos iudicabim'. q'nto magis
sclaria. Sclaria g' iudicia si habu
eritis. cōteptibiles q' s' i ecce. illos
cōstituite ad iudicandū. Ad u'e
cundiā urā dico. Sic n ē int' uos
sapiēs q'sq'. q' possit iudicare int'
frēm suū et frēm. s; fr cū fre i iu
dicio cōtēdit. et h' ap infideles.
Iā qd' oio delictū ē i ub. q' iudicia
habetis int' uos. Q'r e non mag
iniuriā accipitis. et q'r n mag frau
dē patimini. S; uos iniuriā faci
tis. et fraudatis. et h' frīb'. An nes
citis q' iniq' regnū dī n possidebunt.
Nolite errare. n; fornicarii. n;
ydol' s'uientes. n; adult'i. n; molles.
n; masculo4 cōcubitores. n; fures.
n; auari. n; ebriosi. n; maledici.
n; rapaces. regnū dī n p'. Et h' q'de
fuistis. s; abluti estis. s; scificati.
s; iustificati. i noē dn. n. i. x. et i spu
dī nri. Oīa m licēt. s; n oīa expe
diūt. Oīa m l'. s; ē sub nlli' re
digar pote. Esca uētri. et uenter
escis. ds at h' et hā d'struet. Cor
p' at n fornicōi. s; dnō. et dns corpi.
ds u' et dnm suscitauit. et nos susci
tab' p uirtutē suā. Nescitis quia
corpa u'a mēb' s' x̄. Tollens g' mēb'
x̄. et faciā mēb' meretricis. absit.
An nescitis q'm q' adhēt meretri.
unū corp' efficit'. Erit ē inq'
duo i carne una. Q' at adhēt
dō. un' sps ē. Fugite fornicōēm.
Omē pccm q'cūq; fecit hō. q' at
fornicat'. i corp' suū pccat. An
nescitis q'm mēbra u'a templū st
sps sci. qui i ub ē. q'm hētis a dō. et
n estis uri. Empti ē estis p'cio.
G; mag. glificate et portate dm i corde et corpe uestro.

Int'ent' et eīt s'b tartara. : n red : ē hab — iturī
Q' p uos p uos p'ugnat.

cap' corp' ob'.

vii De quibus autem scripsistis VII.
b mihi. bonum est homini mulierem non
b tangere. Propter fornicationem autem unusquisque
suam uxorem habeat. et unaquaeque virum
b suum. Uxori vir debitum reddat.
similiter et uxor viro. Mulier sui cor-
sed vir poris potestatem non habet. sed vir. Similiter autem et vir
sui corporis non habet. sed mulier. Nolite
fraudare invicem. nisi forte ex
consensu ad tempus. ut vacetis orationi.
et iterum revertimini in idipsum. ne
temptet vos sathanas propter incontinen-
tiam vestram. Hoc autem dico secundum indulgen-
tiam non secundum imperium. Volo autem omnes homines
b esse sicut meipsum. Sed unusquisque proprium
donum habet ex deo. alius quidem sic. alius
vero sic. Dico autem non nuptis et vidu-
is. Bonum est illis si sic permaneant
sicut et ego. Quod si se non continent
nubant. Melius est nubere quam uri.
His autem qui matrimonio iuncti sunt. pre-
cipio non ego sed dominus. uxorem a viro non
discedere. Quod si discesserit manere
innuptam. aut viro suo reconcili-
b ari. Et vir uxorem non dimittat.
Nam ceteris ego dico non dominus. Si quis
frater habet uxorem infidelem. et hec consen-
tit habitare cum illo. non dimittat illam.
Et si qua mulier habet virum infidelem. et hic
consentit habitare cum illa. non dimittat virum.
Sanctificatus est enim vir infidelis per mulie-
rem fidelem. et sanctificata est mulier
infidelis per virum fidelem. Alioquin filii vestri in-
mundi essent. nunc autem sancti sunt. Quod si
infidelis discedit. discedat. Non est enim
servituti subiectus frater aut soror in
eiusmodi. In pace autem vocavit nos deus.
Unde enim scis mulier. si virum salvum
facias. Aut unde scis vir si mulie-

rem salvam facies. Nisi unicuique
sicut divisit dominus. et unumquemque sicut
vocavit deus. ita ambulet. et sicut
in omnibus ecclesiis doceo. Circumcisus
aliquis vocatus est. non adducat pre-
putium. In preputio aliquis vocatus est.
non circumcidatur. Circumcisio nihil
est. et preputium nihil est. sed observatio
mandatorum dei. Unusquisque in qua
vocatione vocatus est in ea permane-
at. Servus vocatus es. non sit tibi cure.
sed si liber potes fieri. magis utere. Qui
enim vocatus est servus. liber est domini.
Similiter qui liber vocatus est. servus est Christi. Precio
empti estis. nolite fieri servi hominum.
Unusquisque in quo vocatus est fratres. ibi perma-
neat apud deum. De virginibus b
autem preceptum domini non habeo. consilium autem
do. tamquam misericordiam consecutus a domino. ut
sim fidelis. Existimo ergo hoc bonum esse
propter necessitatem instantem. quoniam sic
bonum est homini sic esse. Alligatus es
uxori. noli querere solutionem.
Solutus es ab uxore. noli querere
uxorem. Si autem acceperis uxorem non
peccasti. et si nupserit virgo
non peccat. Tribulationem autem car- m
nis habebunt huiusmodi. Ego autem vobis
parco. Hoc itaque dico fratres. quoniam tempus
breve est. Reliquum est ut qui habent b
uxores. sint tamquam non habentes. et
et qui flent tamquam non flentes. et qui
gaudent. sint tamquam non gau-
dentes. et qui emunt tamquam non b
possidentes. et qui utuntur hoc mundo.
tamquam non utantur. Preterit enim figura
huius mundi. Volo autem vos sine sollicitu- lo
dine esse. Qui sine uxore est
sollicitus est que sunt domini quomodo placeat

deo. Que autem cum uxore est. sollicita est
que sunt mundi. et diuisus est. Et mulier
innupta. et uirgo cogitat que
domini sunt. ut sit sancta et corpore et spiritu.
Que autem nupta est cogitat que sunt mundi.
quomodo placeat uiro. Porro. ad u-
tilitatem uestram hoc dico. Non ut la-
queum uobis iniciam. sed ad id quod hone-
stum est et quod uobis facultatem pre-
beat sine impedimento domino ob-
secrandi. Siquis autem turpem se
uideri existimat super uirgine sua
quod sit superadulta. et ita oportet
fieri. quod uult faciat. non peccat si nu-
bat. Nam qui statuit in corde suo
firmus. non habens necessitatem po-
testatem autem habens sue uoluntatis.
et hoc iudicauit in corde suo seruare
uirginem suam bene facit. Igitur et qui
matrimonio iungit uirginem suam
bene facit. sed qui non iungit. melius facit.
Mulier alligata est legi. quanto
tempore uir eius uiuit. Quod si
dormierit uir eius. liberata est
a lege uiri. cui uult nubat tantum
in domino. Beatior autem erit si sic
permanserit. secundum meum consilium.
Puto autem quod et ego spiritum dei
habeam. VIII.
De his autem que ydolis sacrifi-
cantur. scimus quia omnes scientiam
habemus. Scientia inflat. caritas
uero edificat. Si quis autem existi-
mat se scire aliquid. nondum cognouit
quemadmodum oporteat eum scire. Si quis
autem diligit deum. hic cognitus est ab eo.
De escis autem que ydolis immolantur.
scimus quia nichil est ydolum in mundo.
et quia nullus deus nisi unus. Nam et si
sunt qui dicantur dii. siue in celo siue
in terra. siquidem sunt dii multi et domini mul-
ti. nobis tamen unus deus pater ex quo omnia.
et nos in ipsum. Sed non in omnibus est scientia.
Quidam autem cum conscientia usque nunc ydoli quasi
ydolothitum manducant. et conscientia
ipsorum cum sit infirma polluitur. Esca
autem non commendat nos deo. Neque enim si man-
ducauerimus deficiemus. neque si man-
ducauerimus habundabimus. Videte
ne forte hec licentia uestra offendicu-
lum fiat infirmis. Si enim quis uiderit
eum qui habet scientiam in ydolio recumben-
tem. nonne conscientia eius cum sit infirma
edificabitur ad manducandum ydolo-
thita. et peribit infirmus in tua scientia
frater propter quem christus mortuus est. Sic autem pecca-
tes in fratres et percutientes conscientiam
eorum infirmam. in christum peccatis.
Quapropter si esca scandalizat fra-
trem meum. non manducabo carnem
b. in eternum ne fratrem meum scandalizem.
Non sum liber. VIIII.
Non sum apostolus. nonne uidi
dominum nostrum ihesum christum. Nonne opus meum uos
estis in domino. Et si aliis non sum
apostolus. sed tamen uobis sum. Nam signaculum
apostolatus mei uos estis in domino.
Mea defensio apud eos qui me inter-
rogant hec est. Numquid non habemus po-
testatem manducandi et bibendi.
Numquid non habemus potestatem mulie-
rem sororem circumducendi. sicut
et ceteri apostoli et fratres domini et Cephas.
Aut solus ego et barnabas non
habemus potestatem hoc operandi.
Quis militat suis stipendiis umquam.
Quis plantat uineam et de fructu
eius non edit. Quis pascit gregem

.ix.

et de lacte gregis non manducat? Numquid secundum hominem dico haec? an et lex haec non dicit? Scriptum est enim in lege Moysi: Non alligabis os bovi trituranti. Numquid de bubus cura est Deo? an propter nos hoc dicit? Nam propter nos utique scripta sunt. quia qui arat debet in spe arare. et qui triturat in spe fructus percipiendi. Si nos vobis spiritualia seminavimus, magnum est si nos carnalia vestra metamus? Si alii potestatis vestrae participes sunt, quare non potius nos? Sed non usi sumus hac potestate: sed omnia sustinemus, ne quod offendiculum demus evangelio Christi. Nescitis quoniam qui in sacrario operantur, quae de sacrario sunt edunt. et qui altari deserviunt, cum altario participant? Ita et Dominus ordinavit his qui evangelium annuntiant, de evangelio vivere. Ego autem nullo horum usus sum. Non scripsi autem haec ut ita fiant in me. Bonum est enim mihi magis mori, quam ut gloriam meam quis evacuet. Nam si evangelizavero, non est mihi gloria. necessitas enim mihi incumbit. Ve enim mihi est si non evangelizavero. Si enim volens hoc ago, mercedem habeo. si autem invitus, dispensatio mihi credita est. Quae est ergo merces mea? Ut evangelium praedicans sine sumptu ponam evangelium, ut non abutar potestate mea in evangelio. Nam cum liber essem ex omnibus, omnium me servum feci, ut plures lucrifacerem. Et factus sum Iudaeis tamquam Iudaeus, ut Iudaeos lucrarer. his qui sub lege sunt quasi sub lege essem, cum ipse non essem sub lege, ut eos qui sub lege erant lucrifacerem. his qui sine lege erant, tamquam sine lege essem, cum sine lege Dei non essem, sed in lege essem Christi, ut lucrifacerem eos qui sine lege erant. Factus sum infirmis infirmus, ut infirmos lucrifacerem. Omnibus omnia factus sum, ut omnes salvos facerem. Omnia autem facio propter evangelium, ut particeps eius efficiar. Nescitis quod hi qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit bravium? Sic currite ut comprehendatis. Omnis autem qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet. Et illi quidem ut corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam. Ego autem sic curro, non quasi in incertum. sic pugno, non quasi aerem verberans. sed castigo corpus meum, ne forte cum aliis praedicaverim, ipse reprobus efficiar.

Nolo enim vos ignorare fratres, quia patres nostri omnes sub nube fuerunt, et omnes mare transierunt, et omnes in Moyse baptizati sunt in nube et in mari. Et omnes eandem escam spiritalem manducaverunt, et omnes eundem potum spiritalem biberunt. Bibebant autem de spiritali consequenti eos petra. Petra autem erat Christus. Sed non in pluribus eorum beneplacitum est Deo. fiuus Nam prostrati sunt in deserto. Haec autem in figura facta sunt nostri, ut non simus concupiscentes malorum, sicut et illi concupierunt. Neque idolatrae efficiamini, sicut quidam ex ipsis, quemadmodum scriptum est: Sedit populus manducare

et bibere, et surrexerunt ludere. Neque fornicemur, sicut quidam ex ipsis fornicati sunt, et ceciderunt uno die xx. iii. milia. Neque temptemus Christum, sicut quidam eorum temptaverunt, et a serpentibus perierunt. Neque murmuraveritis, sicut quidam eorum murmuraverunt, et perierunt ab exterminatore. Hec autem omnia in figura contingebant illis. Scripta sunt autem ad correctionem nostram, in quos fines seculorum devenerunt. Itaque qui se existimat stare, videat ne cadat. Temptatio vos non apprehendat nisi humana. Fidelis autem deus est, qui non patietur vos temptari supra id quod potestis, sed faciet cum temptatione etiam proventum ut possitis sustinere. Propter quod, karissimi, fugite ab ydolorum cultura. Ut prudentibus loquor, vos ipsi iudicate quod dico. Calix benedictionis cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est? Et panis quem frangimus, nonne participatio corporis domini est? Quoniam unus panis, unum corpus multi sumus, omnes qui de uno pane et de uno calice participamus. Videte Israel secundum carnem: nonne qui edunt hostias participes sunt altaris? Quid ergo dico? quod ydolis immolatum sit aliquid? aut quod ydolum sit aliquid? Sed que immolant gentes, demoniis immolant et non deo. Nolo autem vos socios fieri demoniorum. Non potestis mense domini participes esse et mense demoniorum. An emulamur dominum? Numquid fortiores illo sumus? Omnia michi licent, sed non omnia expediunt. Omnia michi licent, sed non omnia edificant. Nemo quod suum est querat, sed quod alterius. Omne quod in macello venit manducate, nichil interrogantes propter conscientiam. Domini est terra et plenitudo eius. Si quis infidelium vocat vos ad cenam et vultis ire, omne quod vobis apponitur manducate, nichil interrogantes propter conscientiam. Si quis autem dixerit: Hoc immolatum est ydolis, nolite manducare propter illum qui indicavit, et propter conscientiam. Conscientiam autem dico non tuam, sed alterius. Ut quid enim libertas mea iudicatur ab alia conscientia? Si ego cum gratia participo, quid blasphemor pro eo quod gratias ago? Sive ergo manducatis sive bibitis, sive aliud quid facitis, omnia in gloriam dei facite. Sine offensione estote Iudeis et gentibus et ecclesie dei, sicut et ego per omnia placeo, non querens quod michi utile est, sed quod multis, ut salvi fiant.

Capitulum XI.

Imitatores mei estote sicut et ego Christi. Laudo autem vos fratres quod per omnia mei memores estis, et sicut tradidi vobis precepta mea tenetis. Volo autem vos scire quod omnis viri caput Christus est, caput autem mulieris vir, caput vero Christi deus. Omnis vir orans aut prophetans velato capite deturpat caput suum. Omnis autem mulier orans aut prophetans non velato capite deturpat caput suum. Unum enim est ac si decalvetur. Nam si non velatur mulier, et tondeatur. Si vero turpe est mulieri tonderi aut decalvari, veletur. Vir quidem non debet velare caput suum, quoniam ymago et gloria est dei. Mulier autem gloria est viri. Non enim vir ex muliere est, sed mulier ex viro. Etenim non est creatus

Non potestis calicem domini participare et calicem demoniorum.

propter mulierem. sed mulier propter virum.
Ideo debet mulier velamen habere super
caput. et propter angelos. Verumtamen neque
vir sine muliere. neque mulier
sine viro in domino. Nam sicut mulier
a. de viro. ita et vir per mulierem.
omnia autem ex deo. Vos ipsi iudicate.
Decet mulierem non velatam ora
re deum. Nec ipsa natura docet
nos. quod vir quidem si comam nutriat
ignominia est illi. Mulier vero si
comam nutriat. gloria est illi. quoniam ca
consuetudo ecclesie lex est — pilli pro velamine dati sunt ei. Si
quis autem videtur contentiosus esse. nos
talem consuetudinem non habemus. neque
ecclesia dei. Hoc autem precipio non laudans
quod non in melius. sed in deterius conve
nitis. Primum quidem convenientibus vobis
in ecclesiam audio scissuras esse. et
ex parte credo. Nam oportet hereses esse.
ut et qui probati sunt in vobis. manifes
In cena — ti fiant. Convenientibus ergo vobis
in unum. iam non est dominicam cenam man
ducare. Unusquisque enim suam cenam
presumit ad manducandum. et alius quidem
d. ecclesia — esurit. alius autem ebrius est. Numquid
domos non habetis ad mandu
candum. aut ecclesiam dei contempni
tis. et confunditis eos qui non habent.
Laudo vos. in hoc non laudo. Ego
enim accepi a domino quod et tradidi
vobis. quoniam dominus ihesus in qua nocte tra
debatur. accepit panem et gratias
agens fregit et dixit. Accipite
et manducate. hoc est corpus
meum quod pro vobis tradetur. hoc faci
te quotienscumque sumitis in meam
commemorationem. Similiter
et calicem. postquam cenavit dicens.
Hic calix novum testamentum

est in meo sanguine. Hoc facite quo
ciescumque bibetis in meam comme
morationem. Quotienscumque enim manducabitis
panem hunc et calicem bibetis.
mortem domini annuntiabitis do
nec veniat. Itaque quicumque mandu
caverit panem hunc et biberit ca
licem domini indigne. reus erit
corporis et sanguinis domini. Probet
autem se ipsum homo. et sic de pane illo edat
et de calice bibat. Qui enim man
ducat et bibit indigne. iudici
um sibi manducat et bibit. non di
iudicans corpus et sanguinem domini.
Ideo inter vos multi infirmi et
inbecilles. et dormiunt multi.
Quod si nosmetipsos diiudica
remus. non utique iudicaremur.
Dum iudicamur autem a domino corripi
mur. ut non cum hoc mundo dampnemur.
Itaque fratres mei cum convenitis ad man
ducandum. invicem expectate. Si
quis esurit. domi manducet.
ut non in iudicium conveniatis.
Cetera autem cum venero disponam.
De spiritualibus autem XII. — xii.
Nolo vos ignorare fratres.
Scitis enim quoniam cum gentes essetis
ad symulacra muta prout duce
bamini euntes. Ideo notum vobis fa
cio. quod nemo in spiritu dei loquens dicit
anathema ihesu. Et nemo potest
dicere dominus ihesus nisi in spiritu sancto. Divi
siones vero gratiarum sunt. idem autem spiritus.
Et divisiones ministrationum sunt.
idem autem dominus. Et divisiones operati
onum sunt. idem autem deus. qui operatur
omnia in omnibus. Unicuique autem
datur manifestatio spiritus
ad utilitatem. Alii quidem per spiritum

datur sermo sapientie. alii autem sermo scientie secundum eundem spiritum. alteri fides in eodem spiritu. alii gratia sanitatum in uno spiritu. alii operatio virtutum. alii prophetia. alii discretio spirituum. alii genera linguarum. alii interpretatio sermonum. Hec autem omnia operatur unus atque idem spiritus dividens singulis prout vult. Sicut enim corpus unum est et membra habet multa. omnia autem membra corporis cum sint multa. unum tamen corpus sunt. ita et christus. Etenim in uno spiritu omnes nos baptizati estis in unum corpus. sive iudei sive gentiles. sive servi sive liberi. Et omnes in uno spiritu potati sumus. Nam et corpus non est unum membrum sed multa. Si dixerit pes. quoniam non sum manus. non sum de corpore. non ideo non est de corpore. Et si dixerit auris. quia non sum oculus. non sum de corpore. non ideo non est de corpore. Si enim totum corpus oculus. ubi auditus. Et si totum auditus. ubi odoratus. Nunc autem posuit deus membra in corpore unumquodque eorum sicut voluit. Quod si omnia essent unum membrum. ubi corpus. Nunc autem quidem multa membra. unum autem corpus. Non potest autem dicere oculus manui. opera tua non indigeo. aut iterum caput pedibus. non estis mihi necessarii. Sed multo magis que videntur membra corporis infirmiora esse necessariora sunt. et que putamus ignobiliora esse membra corporis. his honorem habundantiorem circumdamus. et que inhonesta sunt nostra habundantiorem honestatem habent. honesta autem nostra nullius egent. Sed deus temperavit corpus. ei cui deerat habundantiorem tribuendo honorem. ut non sit scisma in corpore. sed in idipsum pro invicem sollicita sint membra. Et si quid patitur unum membrum. compatiuntur omnia membra. Sive gloriatur unum membrum. congaudent omnia membra. Vos autem estis corpus christi. et membra de membro. Et quosdam quidem posuit deus in ecclesia. primum apostolos. secundo prophetas. tercio doctores. deinde virtutes. exinde gratias curationum. opitulationes. gubernationes. genera linguarum. interpretationes sermonum. Numquid omnes apostoli. numquid omnes prophete. numquid omnes doctores. numquid omnes virtutes. numquid omnes gratiam curationum habent. numquid omnes linguis loquuntur. numquid omnes interpretantur. Emulamini autem karismata meliora. Et adhuc excellentiorem viam vobis demonstro. XIII.

Si linguis hominum loquar et angelorum. caritatem autem non habeam. factus sum velut es sonans. aut cymbalum tinniens. Et si habuero prophetiam et noverim misteria omnia. et omnem scientiam. et si habuero omnem fidem. ita ut montes transferam. caritatem autem non habeam. nichil sum. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas. et si tradidero corpus meum ita ut ardeam. caritatem autem non habuero. nichil michi prodest. Karitas paciens est. benigna est. Karitas non emulatur. non agit perperam.

no · inflat̃. n̄ ē ābitiosa. n̄ q̄rit
q̄ sua s̄. n̄ irritat̃. n̄ cogitat malū.
n̄ gaud; sup̃ iniq̄tate. cgaud; aūt
ūitati. Oīa suffer. oīa cred. oīa sperat. oīa
sustin;. karitas nūq̄ excid;. Siue
pphie euacuabunt̃. siue lingue cessa
bunt. siue sciā destruet̃. Ex pte ē cog
scim᷒ 7 ex pte pphamus. Cū aūt
uenit q pfcm ē. euacuab q ex
pte ē. Cū eēm puul᷒ loq̄bar ut
par. sapiebā ut par. cogitabā ut p.
Qn̄ aūt fcūs sum uir. euacuaui q̄
erāt puuli. Uidem᷒ nc p speclm i
enygmate. tc aūt facie ad faciē. Nc
cgsco ex pte. tc aūt cgscā. sic et
cgnit᷒ su. Nc aūt manet fides spes
cartas. maior aūt hiis ē kā. Ca.
S Ectamini karitatē. XIIII.
Emulamini spualia. mag aūt ut
pphetis. Q ē loq ling. n̄ hoīb loq
s; dō. nēo ē aud. spc aūt loq mistia.
Nā q pphat. hoīb loq ad edificōn;.
7 exhortatiō; 7 csolatiō;. Q aūt
loq ling. semetipm edificat. q aūt
pphat. eccām edificat. Uolo aūt uos
loq lingis. mag aūt ut pphetis. Maior
aūt ē q pphat. q qui loq lingis.
n̄ forte interpret̃. ut ecc̄ edificōnē
accipiat. Nc aūt frēs si uenio ad uos
linguis loqns. q uob pdo. n̄ uob loqr
aut i reuelatiōe. aut i sciā. aut p
phetia. aut doctia. Tam q sine
aīa s uocē dantia. siue tybia. siue
cythara. n̄ distinctiō; sonituū
dedint. qm̄ sciet q canit aut qd
cytharizat̃. Etē si n̄ certā uocē
det tuba. qs pparab se ad bellum.
Ita 7 uos p linguā. n̄ manifestū
smonē dedits. qm̄ sciet id qd d̄r.

Eritis ē i aera loq̄ntes. Tam mul
ta ut puta gna linguaꝝ s i h mdo.
7 n̄ sin uoce ē. Si g nesciero ui
tutē uocis. ero ei c loquor
barbarus. 7 q m̄ loq barbar᷒.
Sic 7 uos. qm̄ emulatores estis
spuum. ad edificationē eccle
q̄rite ut habundetis. Et iđo q
loq ling. oret ut interpretur.
Nā si orē ling. spc ms orat. s;
mēs mea sine fructu ē. Qd g.
Orabo spū orabo 7 mte. Psallā
spū. 7 psallā 7 mte. Cetēm si
bndixeris spū. q supplet locū
ydiote. Qmd dicet amē. sup
tuā bndictiōem. qm q dicas
nescit. Nā tu q bn gras agis.
s; alt n̄ edificat̃. Gras ago
dō mō. q omniū urm ling te
loquor. S; i ecc uolo. v. ūba
loqui sensu mō. ut alios istru
am. q x. m. ūboꝝ i ling. Frēs
mei. nolite pueri effici sen
sib;. s; malicia puuli estote
ut sensib pfcti sitis. In lege ē
scptū ē. q i aliis lingis 7 i aliis
labiis loqr ppło huic. 7 nec
sic exaudiet me dic dns. Ita;
lingue s in sig n̄ fidelib; s; i
fidelib. pphie aūt n̄ i fidelib
s; fidelib;. Si g cueniat uni
ūsa ecc. i unū 7 os ling loqn
tur. intrent aūt ydiote 7 ifid
les. n̄ne dicnt q isanitis.
Si aūt os pphetent. intret aūt
qs fidel. ł ydiota. cuincit̃
ab oib; diiudicat̃ ab oib;.
Occulta ē cordis ei᷒ manifesta
fiūt. 7 ita cadns i faciē adorab

deum pronuntians quod vere deus in vobis sit.
Quid ergo est fratres? Cum convenitis uni-
usquisque vestrum psalmum habet, doctri-
nam habet, apokalypsin habet, linguam habet,
interpretationem habet: omnia ad aedifica-
tionem fiant. Sive lingua quis loquitur, secundum
duos aut ut multum tres, et per partes, et
unus interpretetur. Si autem non fuerit
interpres, taceat in ecclesia: sibi autem loquatur
et deo. Prophetae duo aut tres dicant,
et ceteri diiudicent. Quod si alii
revelatum fuerit sedenti, prior ta-
ceat. Potestis enim omnes per singulos
prophetare: ut omnes discant, et omnes
exhortentur. Et spiritus prophetarum prophetis
subiecti sunt. Non enim est dissensionis
deus sed pacis: sicut in omnibus ecclesiis
doceo. Mulieres in ecclesiis tace-
ant: non enim permittitur eis loqui, sed
subditas esse sicut et lex dicit. Si quid
autem volunt discere, domi viros
suos interrogent. Turpe est enim
mulierem loqui in ecclesia. An a vobis
verbum dei processit? aut in vos solos per-
venit? Si quis videtur propheta esse
aut spiritualis, cognoscat quae scribo
vobis, quia domini sunt mandata. Si quis
ignorat, ignorabitur. Itaque fratres mei,
aemulamini prophetare: et loqui
linguis nolite prohibere. Omnia autem
honeste et secundum ordinem fiant.
xv. Notum autem facio vobis XV.
fratres evangelium quod praedicavi vobis, quod
et accepistis, in quo et statis, per
quod et salvamini: qua ratione praedica-
verim vobis si tenetis, nisi frustra cre-
didistis. Tradidi enim vobis in primis
quod et accepi: quoniam Christus mortuus est pro
peccatis nostris secundum scripturas: et quia sepul-
tus est, et quia resurrexit [illegible]
tertia die secundum scripturas: et quia visus est Ce-
phae, et post hoc illis undecim. Deinde visus est plus quam
quingentis fratribus simul: ex quibus multi
manent usque adhuc, quidam autem dor-
mierunt. Deinde visus est Iacobo, deinde
apostolis omnibus. Novissime autem omnium
tamquam abortivo visus est et mihi. Ego
enim sum minimus apostolorum, qui non sum
dignus vocari apostolus, quia persecutus sum
ecclesiam dei. Gratia autem dei sum id quod sum, et gratia
eius in me vacua non fuit, sed abun-
dantius illis omnibus laboravi: non ego autem, sed gratia dei
mecum. Sive enim ego, sive illi, sic praedica-
mus, et sic credidistis. Si autem Christus praedi-
catur quod resurrexit a mortuis, quomodo
quidam dicunt in vobis quoniam resurrectio
mortuorum non est? Si autem resurrec-
tio mortuorum non est: neque Christus resur-
rexit. Si autem Christus non resurrexit, inanis
est praedicatio nostra, inanis est et fides. q. f. surrex. / f. cap.
invenimur autem et falsi testes dei: quia
testimonium diximus adversus
deum quod suscitaverit Christum, quem non suscitavit.
Nam si mortui non resurgunt, neque Christus
resurrexit. Quod si Christus non resurrexit,
vana est et fides vestra: adhuc
enim estis in peccatis vestris. Ergo et qui dormie-
runt in Christo perierunt. Si in hac vita
tantum in Christo sperantes sumus, misera-
biliores sumus omnibus hominibus. Nunc autem
Christus resurrexit a mortuis primitiae
dormientium. Quoniam quidem per hominem mors,
et per hominem resurrectio mortuorum. Et sicut in Adam omnes
moriuntur, ita et in Christo omnes vivificabuntur. Unusquisque autem
in ordine suo: primitiae Christus, deinde hi
qui sunt Christi, in adventu eius crediderunt.
Deinde finis, cum tradiderit regnum
deo et patri, cum evacuaverit omnem

principatum 7 potestatem 7 virtutem. Oportet autem illum regnare donec ponat inimicos sub pedibus eius. Novissima autem omnium inimica destruetur mors. Omnia enim subiecit sub pedibus eius. Cum autem dicat omnia subiecta sunt ei. sine dubio preter eum qui subiecit ei omnia. Cum autem subiecta fuerint illi omnia. tunc 7 ipse filius subiectus erit illi. qui subiecit sibi omnia. ut sit deus omnia in omnibus. Alioquin quid facient qui baptizantur pro mortuis. si omnino mortui non resurgunt. ut quid 7 baptizantur pro illis. ut quid 7 nos periclitamur omni hora. Cotidie morior per vestram gloriam fratres. quam habeo in christo ihesu domino nostro. Si secundum hominem ad bestias pugnavi ephesi. quid mihi prodest. si mortui non resurgunt. Manducemus 7 bibamus. cras enim moriemur. Nolite seduci. Corrumpunt mores bonos colloquia mala. Evigilate iusti 7 nolite peccare. Ignorantiam enim dei quidam habent. Ad verecundiam vobis loquor. Sed dicet aliquis. Quomodo resurgunt mortui. quali autem corpore venient. Insipiens tu quod seminas non vivificatur. nisi prius moriatur. Et quod seminas. non corpus quod futurum est seminas. sed nudum granum. ut puta tritici. aut alicuius ceterorum seminum. Deus autem dat illi corpus sicut vult. Et unicuique seminum proprium corpus.

Non omnis caro eadem caro. sed alia quidem hominum. alia pecorum. alia volucrum. alia autem piscium. Et corpora celestia 7 corpora terrestria. Sed alia quidem celestium gloria. alia autem terrestrium. Alia claritas solis. alia claritas lune 7 alia claritas stellarum. Stella enim differt a stella in claritate. sic 7 resurrectio mortuorum. Seminatur in corruptione. surget in incorruptione. Seminatur in ignobilitate. surget in gloria. Seminatur in infirmitate. surget in virtute. Seminatur corpus animale. surget corpus spiritale. Si est corpus animale. est 7 spiritale. sicut scriptum est. Factus est primus homo adam in animam viventem. novissimus adam in spiritum vivificantem. Sed non prius quod spiritale est. sed quod animale est. deinde quod spiritale est. Primus homo de terra terrenus. secundus homo de celo celestis. Qualis terrenus. tales 7 terreni. 7 qualis celestis. tales 7 celestes. Igitur Sicut portavimus imaginem terreni. portemus 7 imaginem celestis. Hoc autem dico fratres. quia caro 7 sanguis regnum dei non possidebunt. neque corruptio incorruptelam possidebit. Ecce misterium vobis dico. Omnes quidem resurgemus. sed non omnes inmutabimur. In momento in ictu oculi in novissima tuba. Canet enim tuba. 7 mortui resurgent incorrupti 7 nos inmutabimur. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem. 7 mortale hoc induere inmortalitatem. Cum autem mortale hoc induerit inmortalitatem. tunc fiet sermo qui scriptus est. Absorpta est mors in victoria. Ubi est mors victoria tua. Ubi est mors stimulus tuus. Stimulus autem mortis peccatum est. virtus vero peccati lex. Deo autem gratias qui dedit nobis victoriam. per dominum nostrum ihesum christum. Itaque fratres mei dilecti. stabiles estote 7 inmobiles. habundantes in opere domini semper. scientes quod labor vester non est inanis in domino.

[illegible]

XVI. De collectis autem XVI. que fiunt in sanctos sicut ordinaui ecclesiis galatie. ita et uos faciatis. per unam sabbati. unusquisque uestrum apud se reponat. recondens quod ei bene placuerit. ut non cum uenero tunc collecte fiant. Cum autem presens fuero. quos probaueritis. hos per epistolas mittam perferre gratiam uestram in ierusalem. Quod si dignum fuerit. ut et ego uadam. mecum ibunt. Veniam autem ad uos cum macedoniam pertransiero. Nam macedoniam pertransibo. apud uos autem forsitan manebo. uel etiam hiemabo. ut uos me deducatis quocumque iero. Nolo enim uos modo in transitu uidere. spero autem me aliquantulum temporis manere apud uos. si dominus permiserit. Permanebo autem ephesi. usque ad pentecosten. Hostium enim michi apertum est magnum et euidens. et aduersarii multi. Si autem uenerit tymotheus. uidete ne sine timore sit apud uos. Opus enim domini operatur sicut et ego. Ne quis ergo illum spernat. deducite autem illum in pace. ut ueniat ad me. Expecto enim illum cum fratribus.

De apollo autem uobis notum facio fratres. quoniam multum rogaui eum ut ueniret ad uos cum fratribus. et utique non fuit uoluntas eius ut nunc ueniret. ueniet autem cum ei uacuum fuerit. Vigilate. et orate. et state in fide. uiriliter agite. et confortamini in domino. et omnia uestra in caritate fiant. Obsecro autem uos fratres nostis Stephane domum. et fortunati. et achaici. quoniam sunt primicie achaie. et in ministerium sanctorum ordinauerunt seipsos. ut et uos subditi sitis huiusmodi. et omni operanti. Gaudeo autem in presentia stephane et fortunati et achaici. quoniam id quod uobis deerat. ipsi suppleuerunt. Refecerunt enim et meum spiritum et uestrum. Cognoscite ergo qui huiusmodi sunt. Salutant uos omnes ecclesie asye. Salutant uos multum in domino. aquila et prisca. cum domestica sua ecclesia apud quos et hospitor. Salutant uos omnes fratres. Salutate inuicem in osculo sancto. Salutatio mea. manu pauli. Si quis non amat dominum nostrum ihesum christum. sit anathema maranatha. Gratia domini nostri ihesu christi uobiscum. Caritas mea cum omnibus uobis in christo ihesu. Amen. *(margin: uitat)*

Prologus In prima ad corinthios.

Epistola prima ad corinthios. multas causas diuersasque complectitur. quarum precipue relatione fratrum cognouerat apostolus. quedam autem ipsi per uerba corinthii per litteras indicauere. Nam multas uel pro officii cura. aut ordinat aut emendat. et uariis curationibus medetur. diuersa infirmitate languentes. Nam primum apud eos. curat dissensiones uitium. quia multi pseudo apostolorum uenerant. unitatem scindentes ecclesie. ut propriis nominibus facerent sectatores. quod his uerbis apostolus exprobrat. dicens. Hoc autem dico. quod unusquisque uestrum dicit ego quidem sum pauli. ego autem apollo. ego uero cephe. ego autem christi. Et oblique horum notum se dicit facere intentionem. ut multo magis erubescant id se facere

natha uerbum pdicto. magis syrum ; quam hebreum. tamen et si ex confinio utriusque lingue aliquid sonat et hebreum sonat. interpretatur dominus noster uenit. ut sit sensus pdicto in aduentum domini eius qui eum non amat. et uelle aut uetrusque non credit.

sub falsorum apostolorum nominibus. quod et sub
pauli et petri fieret nomine displic-
.i. et. Secunda causa eum inducit. quod patris
obliti reuerentie uxorem eius non eru-
buit facere de nouerca. Quem facinu-
licet fornicatorem appellauit. Ac tamen
in condempnauit. uel in ultionem facti
actorem talis operis diabolo iudica-
uerit de puniendum. in re posita
iii iudiciorum et licitum tercia questione.
iiii Quarto loco matrimoniorum iura te-
v tantur. his. v. loco uirginitatis consi-
lium uetitum eunucho subiungitur. vi.
vi loco de escarum licentia disputatur.
vii vii. loco de accedendo uiris et mulie-
ribus uelando capite. ac sacramento
viii corone percipitur. ix. lo. de emulatione
que de diuersitate spiritalium donorum
nascebatur. sub exemplo membrorum
x. et corporis castigatur. x. lo. resurrec-
tionis spes. multis argumentis et testibus
approbatur. Ultimo de colligendis ad ne-
cessitatem sanctorum nominis caritatis cura
uel edificatio cultum imponitur. Interseru-
ntur his pauca. que tamen non quibusdam
uidentur pendere ex superioribus. aut
hic licet pars in particulas actiones.

Item ad Corinthios

In. Secunda ad Corinthios epistola. quia
tempore superiori per rebellionem suarum
relationes. reddit causam quare ad eos
ipse non uenerit. quia non leui mutatione
consilium fecisse se asserit. sed ne ad-
uentu suo tristiciam incurreret
cum in peccato permanere discipulos repperisset.
Deinde per agnitionem fructus penitentie re-
conciliat eum ecclesie. qui in prima pro forni-
catione a consortio sanctorum iusserat a-
moueri. Tercio contra pseudo apostolos

officium sui dignitatem tuetur. et
noui testamenti ministros tanto
amplius esse quam ostendit. quanto euangelium pre-
stantius est lege. Inmoratur et in ca-
usa plurimum. quia breuiter in prima perstrin-
git. ut pro imperio ac libertate animo
necessaria presentis uite non ha-
bentibus largiantur. et utilitate
spiritualis commercii communicent presentia
cum futuris. atque habundantia sua sanctorum
inopia suppleant. ut uicissim eorum
inopia. habundantia sanctorum supple-
atur. In fine repetit quod superius
contra pseudo apostolos egerat. et iactantiam
eorum predicationesque de se gloriosas.
uel collata auctoritate gratis. uel ca-
talogo iniuriarum ac periculorum suorum
euacuat. dicitque eos operarios sub-
dolos. quia ad imitationem sathane
transfigurentur in apostolos Christi. sub predi-
cationis specie. hic quoque pecuniam
prosequentes. Item

Post actam penitentiam consola-
toriam scribit eis epistolam. a Tra-
de per Titum. et collaudans eos hor-
tatur ad meliora. contristatos
quidem eos sed emendatos ostendens.

Cum hic per pauli sit causa. Item
Causa qui in prima per quorundam peccatis
doctores eorum precipue corri-
puerat. et mutuum fuerint con-
stituti. nec eos consolatur. sui uersip-
pones exemplum. et doctris non debere
referre. quod per aliorum correp-
tionem salutem. cum ipse per aliena
salute. et ~~...~~. et multis cot-
tidie periculis subiaceat et
morti. Incipit Epistola
secunda ad Corinthios

PAULUS
apostolus ihesu christi per volun
tatem dei et Ty
motheus frater eccle
sie dei que est Corinthi cum
sanctis omnibus qui sunt in universa A
chaia. gratia vobis et pax a deo
patre nostro et domino ihesu christo
·I· Benedictus deus et pater
domini nostri ihesu christi pater misericordia
rum et deus totius consolationis qui consolatur
nos in omni tribulatione nostra.
ut possimus et ipsi consolari eos qui in omni
pressura sunt per exhortationem qua exhorta
mur et ipsi a deo. quoniam sicut habundant
passiones christi in nobis. ita et per christum habun
dat consolatio nostra. Sive autem tribula
mur pro vestra exhortatione et salu
te. sive exhortamur pro vestra exhor
tatione et salute. que operatur tolera
tiam earundem passionum. quas et nos
patimur. ut spes nostra firma sit pro vobis.
scientes quod sicut socii passionum
estis. sic eritis et consolationis. Non
enim volumus vos ignorare fratres de
tribulatione nostra que facta est in Asya.
quoniam supra modum gravati sumus
supra virtutem. ita ut tederet nos
etiam vivere. Sed ipsi in nobis ipsis responsum
mortis habuimus. ut non simus fiden
tes in nobis sed in deo. qui suscitat mor
tuos. qui de tantis periculis eripuit
nos. et eruet. in quem speramus. quoniam
et adhuc eripiet. adiuvantibus
et vobis in oratione pro nobis. ut ex mul
tarum personis faciei eius que in
nobis est donationis per multos gratie
agantur pro nobis. Nam gloria nostra hec
est. tes. c. n. quod in simplicitate et
sinceritate dei. et non in sapientia carnali
sed in gratia dei conversati sumus in hoc mundo. ha
bundantius autem apud vos. Non enim
alia scribimus vobis. quam que legistis
et cognovistis. Spero autem quod usque ad finem
cognoscetis. sicut et cognovistis nos
ex parte. quia gloria vestra sumus sicut et vos
nostra in die domini nostri ihesu christi. Et hac confi
dentia volui prius venire ad vos.
ut secundam gratiam haberetis. et per vos tran
sire in Macedoniam. et iterum
a Macedonia venire ad vos. et
a vobis deduci in Iudeam. Cum ergo
hoc voluissem. numquid levitate usus
sum. aut que cogito. secundum carnem cogito.
ut sit apud me est et non. Fidelis autem
deus. quia sermo noster qui fuit apud
vos. non est in illo est et non. sed est in
illo est. Dei enim filius dominus ihesus christus. qui in
vobis per nos predicatus est. per me et
Silvanum et Tymotheum. non fuit in
illo est et non. sed est in illo fuit. Quod
quot enim promissiones dei sunt
in illo est. Ideo et dicimus per ipsum amen
deo. ad gloriam nostram. Qui autem con
firmat nos vobiscum in christo. et qui unxit
nos deus et qui signavit nos. et
dedit pignus spiritus in cordibus nostris.
Ego autem testem invoco deum in animam
meam. quod parcens vobis non veni ultra
Corinthum. non quia dominamur fidei
vestre. sed adiutores sumus gaudii
vestri. Nam fide statis. ·II·
Statui autem hoc ipse apud me.
ne iterum in tristicia venirem
ad vos. Si enim ego contri
sto vos. et quis est qui me leti
ficet. nisi qui contristatur ex me.
Et hoc ipsum scripsi vobis. ut non

cum venero. tristiciam habeam super tristiciam. de quibus oportuerat me gaudere. confidens in omnibus vobis. quia meum gaudium omnium vestrum est. Nam ex multa tribulatione et angustia cordis scripsi vobis per multas lacrimas. ut non contristemini. sed ut sciatis quam caritatem habeam habundantius in vobis. Si quis autem contristavit non me contristavit. sed ex parte. ut non honerem omnes vos. Sufficit illi qui eiusmodi est obiurgatio hec que fit a pluribus. ita ut magis econtrario donetis et consolemini. ne forte habundantiori tristicia absorbeatur qui eiusmodi est. Propter quod obsecro vos. ut confirmetis in illum caritatem. Ideo enim scripsi vobis ut cognoscam experimentum vestrum. an in omnibus obedientes sitis. Si cui autem aliquid donastis. et ego. Nam et ego quod donavi. si quid donavi. propter vos. in persona Christi. ut non circumveniamur a sathana. Non enim ignoramus cogitationes eius. Cum autem venissem troadem propter euangelium Christi. et hostium michi apertum esset in domino. non habui requiem spiritui meo. eo quod non invenerim tytum fratrem meum. sed valefaciens eis profectus sum in macedoniam. Deo autem gratias qui semper triumphat in nobis. et odorem noticie sue manifestat per nos in omni loco. quia Christi bonus odor sumus deo. in his qui salvi fiunt. et in his qui pereunt. aliis quidem odor mortis in mortem. aliis autem odor vite in vitam. Et ad hec quis tam ydoneus? Non enim sumus sicut plurimi adulterantes verbum dei. sed ex sinceritate sicut ex deo coram deo in Christo loquimur.

Incipimus iterum nos ·III·
metipsos commendare? aut numquid egemus sicut quidam commendaticiis epistolis ad vos. aut ex vobis? Epistola nostra vos estis. scripta in cordibus nostris. que scitur et legitur ab omnibus hominibus. manifestati quia epistola estis Christi ministrata a nobis et scripta. non .iii.
atramento. sed spiritu dei vivi. non in tabulis lapideis. sed in tabulis cordis carnalibus. Fiduciam talem habemus per Christum ad deum. non quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis. quasi ex nobis. sed sufficientia nostra ex deo est. qui et ydoneos nos fecit ministros novi testamenti. non littera sed spiritu. Littera enim occidit. spiritus
autem vivificat. Quod si ministratio .c.
mortis litteris deformata fuit in lapidibus fuit in gloria. ita ut non possent filii israel intendere in faciem moysi. propter gloriam vultus eius que evacuatur. quomodo non magis ministratio spiritus erit in gloria? Nam si ministratio dampnationis in gloria est. multo magis habundat ministerium iusticie in gloria. Nam nec glorificatum est quod claruit in hac parte. propter excellentem gloriam. Si enim quod evacuatur per gloriam est. multo magis quod manet. in gloria est. Habentes igitur talem spem. multa fiducia utimur. et non sicut moyses ponebat velamen super faciem suam. ut non intenderent filii israel in faciem eius quod evacuatur. sed obtusi sunt sensus eorum. usque in hodiernum diem. idipsum velamen in lectione veteris testamenti manet non revelatum. quod in Christo evacuatur.

sed usque in hodiernum diem cum legitur
Moises, velamen positum est super
cor eorum. Cum autem conversus fuerit ad
Dominum, auferetur velamen. Dominus autem
spiritus est. Ubi autem spiritus Domini, ibi libertas.
Nos vero omnes revelata facie gloriam
Domini speculantes in eandem ymagi-
nem transformamur a claritate in
claritatem, tamquam a Domini spiritu.
Ideo habentes hanc · IIII ·
administrationem, iuxta quod
misericordiam consecuti sumus, non defi-
cimus, sed abdicamus occulta dede-
coris, non ambulantes in astutia, neque
adulterantes verbum Dei, sed in manife-
statione veritatis commendantes nos-
metipsos ad omnem conscientiam ho-
minum coram Deo. Quod si etiam opertum est
evangelium nostrum, in his qui pereunt oper-
tum est, in quibus deus huius saeculi excaecavit
mentes infidelium, ut non fulgeat
illuminatio evangelii gloriae Christi,
qui est ymago Dei. Non enim
nosmetipsos praedicamus, sed Iesum
Christum Dominum nostrum, nos autem servos vestros
per Iesum. Quoniam Deus qui dixit
lumen splendescere de tenebris,
illuxit in cordibus nostris ad illumi-
nationem scientiae claritatis Dei
in facie Christi Iesu. Habemus autem thesau-
rum istum in vasis fictilibus,
ut sublimitas sit virtutis Dei
et non ex nobis. In omnibus tribulationem
patimur, sed non angustiamur; apo-
riamur, sed non destituimur; persecuti-
onem patimur, sed non derelinquimur;
deicimur, sed non perimus; semper mortifica-
tionem Iesu in corpore nostro circumferen-
tes, ut et vita Iesu manifestetur in corpo-
ribus nostris. Semper enim nos qui vivimus in mor-
tem tradimur propter Iesum, ut et vita Iesu
manifestetur in carne nostra mor-
tali. Ergo mors in nobis operatur, vita autem
in vobis. Habentes autem eundem spiritum fidei,
sicut scriptum est: Credidi, propter quod lo-
cutus sum, et nos credimus, propter quod et loquimur,
scientes quoniam qui suscitavit Iesum et
nos cum Iesu suscitabit et constituet
vobiscum. Omnia enim propter vos, ut gratia
abundans per multos in gratiarum
actione abundet in
gloriam Dei. Propter quod non deficimus, sed
licet is qui foris est noster ho-
mo corrumpitur, tamen is qui intus est
renovatur de die in diem. Id enim quod
inpresenti est momentaneum et le-
ve tribulationis nostrae supra modum in
sublimitate aeternum gloriae pondus
operatur in nobis, non contemplantibus nobis
quae videntur, sed quae non videntur. Quae
enim videntur temporalia sunt, quae autem non
videntur aeterna. · V ·
Scimus enim quoniam si terrestris domus
nostra huius habitationis dissolvatur,
quod aedificationem habemus ex Deo, domum non manufactam
aeternam in caelis. Nam et in hoc inge-
miscimus, habitationem nostram quae
de caelo est superindui cupientes,
si tamen vestiti et non nudi invenia-
mur. Nam et qui sumus in hoc taberna-
culo ingemiscimus gravati, eo
quod nolumus expoliari sed superpvesti-
ri, ut absorbeatur quod mortale
est a vita. Qui autem efficit nos
in hoc ipsum Deus, qui dedit nobis pignus spiritus.
Audentes igitur semper et scientes
quoniam dum sumus in corpore peregrinamur
a Domino. Per fidem enim ambulamus.

et non per speciem. Audemus autem et bonam
voluntatem habemus magis peregrina
ri a corpore et presentes esse ad dominum.
Et ideo contendimus sive presentes sive
absentes placere. Omnes enim nos mani
Ro. xiiii festari oportet ante tribunal Christi, ut
referat unusquisque propria corporis, prout
gessit, sive bonum sive malum. Scientes
ergo timorem domini hominibus suademus, deo
autem manifesti sumus. Spero autem et in conscientiis
vestris manifestos nos esse. Non enim
commendamus nos vobis, sed occasionem
damus vobis gloriandi pro nobis, ut habeatis
ad eos qui in facie gloriantur et non in corde.
Sive enim mente excedimus deo, sive
sobrii sumus vobis. Caritas enim Christi
urget nos, estimantes hoc, quoniam si unus
pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt.
Et pro omnibus mortuus est Christus, ut et qui vivunt
iam non sibi vivant, sed ei qui pro ipsis mor
tuus est et resurrexit. Itaque nos ex
hoc neminem novimus secundum carnem.
Et si cognovimus secundum carnem Christum,
sed nunc iam non novimus. Si qua ergo in Christo
nova creatura, vetera transierunt, et
ecce facta sunt omnia nova. Omnia autem ex
deo qui reconciliavit nos sibi per Christum
et dedit nobis ministerium reconcili
ationis. Quoniam deus erat in Christo mundum
reconcilians sibi, non reputans illis de
licta eorum, et posuit in nobis ver
bum reconciliationis. Pro Christo ergo lega
tione fungimur, tamquam deo exhor
tante per nos. Obsecramus pro Christo,
reconciliamini deo. Eum qui non
noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit,
ut nos efficeremur iustitia
dei in ipso. VI.
VI Adiuvantes autem exhor

tamur vos ne in vacuum gratiam dei
recipiatis. Ait enim: In tempore ac
cepto exaudivi te, et in die sa
lutis adiuvi te. Ecce nunc tempus
acceptabile, ecce nunc dies salutis. Nemini dan
tes ullam offensionem, ut non vi
tuperetur ministerium nostrum, sed in omnibus nosmetipsos
exhibeamus sicut dei ministros
in multa patientia, in tribulationibus, in
necessitatibus, in angustiis, in
plagis, in carceribus, in seditionibus,
in laboribus, in vigiliis, in ieiuni
is, in castitate, in scientia, in longani
mitate, in suavitate, in spiritu sancto,
in caritate non ficta, in verbo verita
tis, in virtute dei, per arma iusti
tie a dextris et a sinistris, per gloriam
et ignobilitatem, per infamiam et bonam
famam, ut seductores et veraces, sicut
qui ignoti et cogniti, quasi morientes et
ecce vivimus, ut castigati et
non mortificati, quasi tristes, semper
autem gaudentes, sicut egentes, multos
autem locupletantes, tamquam
nihil habentes et omnia possidentes.
Os nostrum patet ad vos, o Corinthi
i, cor nostrum dilatatum est. Non angustiami
ni in nobis, angustiamini autem in visceribus
vestris. Eandem autem habentes remunerationem,
tamquam filiis dico, dilatamini et vos.
Et nolite iugum ducere cum infidelibus.
Que enim participatio iustitie cum iniqui
tate? Aut que societas luci ad te
nebras? Que autem conventio Christi ad Bel
ial? Aut que pars fideli cum infide
li? Qui autem consensus templo dei cum
idolis? Vos enim estis templum dei
vivi, sicut dicit deus: Quoniam inhabitabo in .c.
illis et inambulabo inter eos, et ero

illorum deus. et ipsi erunt mihi populus. Propter quod
exite de medio eorum et separami-
ni ab eis dicit dominus. et immundum ne
tetigeritis. et ego recipiam vos
et ero vobis in patrem et vos eritis
mihi in filios et filias dicit dominus omnipotens.

Has ergo habentes pro- VII.
missiones karissimi mundemus
nos ab omni inquinamento carnis et
spiritus perficientes sanctificationem in ti-
more dei. Capite nos. neminem
lesimus. neminem corrupimus
neminem circumvenimus. Non ad con-
dempnationem vestram dico. Predixi
enim quod in cordibus nostris estis ad
commoriendum et ad convivendum.
Multa mihi fiducia est apud vos.
multa mihi gloriatio pro vobis. Repletus
sum consolatione. superhabundo gaudio
in omni tribulatione nostra. Nam et cum venis-
semus Macedoniam nullam requiem
habuit caro nostra. sed omnem tribu-
lationem passi. foris pugne.
intus timores. Sed qui consolatur hu-
miles. consolatus est nos deus in ad-
ventu Titi. Non solum autem in adventu
eius. sed et in consolatione qua consolatus
est nos in vobis. referens nobis
vestrum desiderium. vestrum fletum. vestram
emulationem pro me. ita ut magis
gauderem. Quia et si contristavi vos
in epistola. non me penitet. et si pe-
niteret videns quod epistola illa et
si ad horam contristavit vos. nunc gau-
deo. non quia contristati estis. sed quia
contristati estis ad penitentiam. Contrista-
ti enim estis secundum deum. ut in nullo de-
trimentum patiamini ex nobis.
Que enim secundum deum tristitia est penitentiam
in salutem stabilem operatur. Seculi autem
tristitia mortem operatur. Ecce enim
hoc ipsum secundum deum contristari vos. quantam
in vobis operatur sollicitudinem. sed de-
fensionem. sed indignationem. sed timo-
rem. sed desiderium. sed emulationem.
sed vindictam. In omnibus exhibuistis
vos incontaminatos esse negotio.
Igitur et si scripsi vobis. non propter eum qui fecit
iniuriam. nec propter eum qui passus est.
sed ad manifestandam sollicitudi-
nem nostram quam habemus pro vobis coram deo.
Ideo consolati sumus. In consolatione
autem nostra habundantius magis gavisi
sumus super gaudio Titi. quia refec-
tus est spiritus eius ab omnibus vobis. Et si quid
apud illum gloriatus sum de vobis. non sum confu-
sus. sed sicut omnia vobis in veritate lo-
cuti sumus. ita et gloriatio nostra.
que fuit ad Titum veritas facta est. et
viscera eius habundantius in vobis sunt.
reminiscentis omnium vestram
obedientiam. quomodo cum timore et
tremore excepistis eum. Gaudeo
quod in omnibus confido in vobis. VIII.

Notam autem vobis facimus fratres gratiam
dei que data est in ecclesiis
Macedonie. quod in multo experimento
tribulationis habundantia gaudii
ipsorum fuit. et altissima paupertas
eorum. habundavit in divitias sim-
plicitatis eorum. Quia secundum virtutem
testimonium illis reddo. et supra virtutem
voluntarii fuerunt. cum multa ex-
hortatione obsecrantes nos gratiam
et communicationem ministerii quod fit in
sanctos. Et non sicut speravimus. sed semet-
ipsos dederunt primum domino. de-
inde nobis per voluntatem dei. ita

ut rogarem tytū. ut q̄admodū
cep̄. ita ⁊ pficiat ī uob ⁊ grām iſtā.
Sȝ ſic ī oīb habundatis fide ⁊
ōi ſmōe ⁊ ſciā ⁊ ſollicitudīe. īſup
caritate ūr̄ ī nos. ut ⁊ ī hac grā ha
būdetis. Non q̄ſi ipans dico. ſȝ p alioȝ
ſollicitudinē ⁊ ūre karitatis
igeniū bonū cōpbās. Scitis eīm
grām dn̄i nr̄i ih̄u xp̄i. q̄r pp̄ nos egenus
f̄cs ē. cū eſſ& diues. ut illi⁹ inopia
uos diuites eētis. Et cōſiliū ī hoc
do. hoc eīm uob utile ē. q̄ n̄ ſolū face
ſȝ ⁊ uelle cepiſtis ab āno p̄ore.
Nūc u ⁊ f̄co pficite. ut q̄admodū
aīus uoluntatis ꝓmptus ē. ita
⁊ ſit pficiendi. ex eo q̄ h̄etis. Si
ē uoluntas ꝓmpta ē. ſcdm id qd
h̄ȝ. accepta ~~[struck]~~ eſt. n̄ ſcdm id
q̄ n̄ h̄ȝ. Non ē ut alijs ſit re
miſſio. uob aūt tribulatio. ſȝ ex e
q̄litate ī p̄ſenti tp̄e ūra habun
dantia illoȝ iopiā ſuppleat. ut
⁊ illoȝ habūdantia ūre iopie
ſit ſupplemētū. ut fiat eq̄litas.
ſic ſcriptū ē. q̄ m̄ltū huit nō
habundauit. ⁊ q̄ modicū n̄ mi
norauit. Grās aūt dō q̄ dedit
eandē ſollicitudinē ī corde titi.
q̄r exortationē q̄dē ſuſcep̄. ſȝ cū
ſollicitior eſſ&. ſua uoluntate
ꝓfect⁹ ē ad uos. Miſim⁹ ⁊ cū illo
frēm cui⁹ laus ē ī eūg p oēs eccīas.
Non ſolū aūt ſȝ ⁊ ordinat⁹ ab eccīis
comes pegrinatiōis nr̄e ī hāc
grām q̄ miniſtrat a nob ad dn̄i
glām. ⁊ dſtinatā uoluntatē
nr̄am. deuitantes hoc ne q̄s nos uitu
peret ī hac plenitudine q̄
miniſtrat a nob. ꝓuidem⁹ eīm bona

n̄ ſolū corā dō ſȝ ⁊ corā oīb hoīb.
Miſim⁹ aūt cū illis ⁊ frēm nr̄m q̄ ꝓba
uim⁹ ī m̄ltis ſepe ſollicitū eē.
nūc aūt m̄lto ſollicitiorē. cōfidentia
m̄lta ī uos. ſiue ꝓ tito q̄ ē ſoci⁹ m̄s
⁊ ī uos adiutor. ſiue frēs nr̄i eē
apli eccīaȝ glē xp̄i. Oſtenſionē ergo
q̄ ē karitatis ūre ⁊ nr̄e glē p
nob ī illos oſtēdite ī faciē ec
cleſiaruȝ. VIIII.

Nam de miniſterio q̄d fit in
ſcōs ex habūdantia m̄ eſt
ſcribe uob. Scio eīm ꝓmptū aīum
ūrm. p q̄ de uob glor apd macedoēs
q̄r ⁊ achaia parata ē ab āno p̄terito.
⁊ ūr̄ emulatio ꝓuocauit plurimos.
Miſim⁹ aūt frēs. ne q̄d glām de uob
euacuet ī hac pte. ut q̄admodū
dixi. parati ſitis. ne cū uenerint me
cū macedones. ⁊ inuenerint uos
iparatos. erubeſcam⁹ nos. ut nō
dicā uos ī hac ſubſtā. Neceſſariū ergo
exiſtimaui rogare frēs. ut p̄
ueniant ad uos. ⁊ p̄parent rep
miſſā bndictionē hanc paratā
eē. ſic q̄ſi bndictionē. n̄ q̄ſi aua
riciā. Hoc aūt dico. Qui parce ſe
minat. parce ⁊ metet. Et qui ſe
ī bn̄dictionib ⁊ metet. Unuſq̄ſq;
p ut dſtinauit ī corde ſuo. nō
nō ex triſticia. aūt ex neceſſitate.
hylarē eīm datorē dil dēs. Potens ē
aūt dēs omnē grām habundare face
ī uob. ut ī oīb ſp omnē ſuffi
cientiā h̄ntes. habūdetis ī oē
op bonū. ſic ſcptū ē. Diſpſit de
dit paupib. iuſt eī⁹ ma. ī ſ. ſ. Qui aūt
adminiſtrat ſemē ſeminanti ⁊ pa
nē ad manducandū p̄ſtabit et

multiplicabit semen vestrum et augebit
incrementa frugum iusticie vestre. ut
in omnibus locupletati habundetis in om-
nem simplicitatem que operatur per nos
gratiarum actionem deo. quoniam mini-
sterium huius officii non solum sup-
plet ea que desunt sanctis. sed et habun-
dat per multas gratiarum actiones do-
mino. per probationem ministerii huius glori-
ficantes deum in obedientia confessi-
onis vestre in evangelium christi et simplici-
tate communicationis in illos et in omnes.
et in ipsorum obsecratione pro vobis desi-
derantium vos propter eminentem gratiam
dei in vobis. Gratias deo super ine-
narrabili dono eius. X
Ipse autem ego Paulus obsecro vos
per mansuetudinem et modestiam
christi. qui in facie quidem humilis inter vos. absens
autem confido in vobis. Rogo autem ne presens
audeam per eam confidentiam qua existi-
mor audere in quosdam. qui arbitran-
tur nos tamquam secundum carnem ambu-
lemus. In carne enim ambulantes. non
secundum carnem militamus. Nam arma
milicie nostre non carnalia sed
potentia sunt deo ad destructionem
munitionum consilia destruentes. et
omnem altitudinem extollentem
se adversus scientiam dei. et in capti-
vitatem redigentes omnem in-
tellectum in obsequium christi. et in promp-
tu habentes ulcisci omnem inobe-
dientiam. cum impleta fuerit vestra
obedientia. Que secundum faciem sunt videte. Si
quis confidit sibi se esse christi. cogi-
tet hoc iterum apud se. quia sicut ipse christi
est. ita et nos. Nam et si amplius
gloriatus fuero de potestate nostra.
quam dedit nobis dominus in edificationem. et non
in destructionem vestram non erubescam. Ut
autem non existimer terrere vos per
epistolas. quoniam quidem epistole inquiunt graves sunt
et fortes. presentia autem corporis infirma.
et sermo contemptibilis. hoc cogitet qui
eiusmodi est. quia quales sumus verbo per
epistolas absentes. tales et presentes
in opere. Non enim audemus nos
inserere aut comparare nos quibusdam
qui seipsos commendant. sed ipsi in nobis nos
metipsos metientes. et comparantes
nosmetipsos nobis. Nos autem non in im-
mensum gloriamur. sed secundum mensuram regule.
qua mensus est nobis deus mensuram pertingen-
di usque ad vos. Non enim quasi non pertingen-
tes ad vos superextendimus nos. Usque
ad vos enim venimus in evangelio christi. non in
immensum gloriantes in alienis labo-
ribus. spem autem habentes crescentis fidei
vestre in vobis magnificari secundum regulam
nostram in habundantiam. et in illa que ultra
vos sunt evangelizare. non in aliena re-
gula. in his que preparata sunt gloriari. Qui
autem gloriatur in domino glorietur. Non enim qui seipsum
commendat ille probatus est. sed quem deus commendat. Utinam su-
stineretis modicum quid insipientie
mee. sed et supportate me. Emulor
enim vos dei emulatione. despondi enim .b
vos uni viro virginem castam exhi-
bere christo. XI.
Timeo autem ne sicut serpens e-
vam seduxit astutia sua.
ita corrumpantur sensus vestri. et ex-
cidant a simplicitate que est in christo.
Nam si is qui venit alium christum predicat. quem
non predicavimus. aut alium spiritum accipi-
tis. quem non accepistis. aut aliud evangelium
quod non recepistis. recte pateremini.

Existimo enim me nihil minus feciſ
ſe a magnis apostolis. Et si imperitus ſum
ſermone. ſed non ſcientia. In omnibus manifesta
tus ſum in vobis. Aut numquam peccatum feci
meipſum humilians ut vos exalte
mini. quia gratis evangelizavi vobis
evangelium dei. Alias ecclesias expoliavi
accipiens ſtipendium ad ministe
rium veſtrum. Et cum eſſem apud vos et ege
rem. nulli honeroſus fui. Nam quod mihi
deerat ſuppleverunt fratres qui venerunt
a Macedonia. et in omnibus ſine hone
re me vobis ſervavi. et ſervabo. Eſt ve
ritas Christi in me. quia haec gloria non infrin
getur in me in regionibus Achaiae.
Quare? quia non diligo vos. Deus ſcit.
Quod autem facio et faciam. ut amputem
occaſionem eorum qui volunt occaſionem. ut
in quo gloriantur. inveniantur ſicut et nos. Nam
eiuſmodi pſeudo apostoli. operarii ſubdo
li. tranſfigurantes ſe in apostolos
Christi. Et non mirum. Ipſe enim ſatanas tranſfigurat
ſe in angelum lucis. Non est ergo magnum ſi
miniſtri eius tranſfigurentur velut
miniſtri iuſtitiae. quorum finis erit
ſecundum opera ipſorum. Iterum dico. ne quis pu
tet me inſipientem. alioquin velut
inſipientem accipite me. ut et ego
modicum quid glorier. Quod loquor non
loquor ſecundum deum. ſed quasi in inſipientia in hac
ſubſtantia gloriae. quia multi gloriantur ſecundum car
nem. et ego gloriabor. Libenter
enim ſuffertis inſipientes cum ſitis
ipſi ſapientes. Suſtinetis enim ſi quis
vos in ſervitutem redigit. ſi quis devo
rat. ſi quis accipit. ſi quis extollitur. ſi
quis in faciem vos caedit. Secundum ignobili
tatem dico. quasi nos infirmi fuimus
in hac parte. In quo quis audet. in inſipientia

dico. audeo et ego. Hebraei ſunt. et ego.
Iſraelitae ſunt et ego. Semen Abrahae ſunt et ego.
Miniſtri Christi ſunt et ego. Ut minus ſapi
ens dico plus ego. In laboribus plu
rimis. in carceribus habundantius.
in plagis ſupra modum. in mortibus frequenter.
A Iudaeis quinquies quadragenas. una
minus accepi. Ter virgis caeſus ſu
ſemel lapidatus ſum. ter naufragium
pertuli. Nocte ac die in profundo
maris fui. In itineribus ſaepe. periculis
fluminum. periculis latronum. periculis ex genere.
periculis ex gentibus. periculis in civitate. periculis
in ſolitudine. periculis in mari. periculis in falſis
fratribus. In labore et aerumna. in
vigiliis multis. in fame et ſiti.
in ieiuniis multis. in frigore et
nuditate. Praeter illa quae extrinſecus
ſunt inſtantia mea cotidiana ſolli
citudo omnium ecclesiarum. Quis infir
matur et ego non infirmor? Quis
Scandalizatur et ego non uror?
Si. Gloriari **XII.**
oportet. quae infirmitatis meae
ſunt gloriabor. Deus et pater domini nostri Iesu Christi ſcit
qui est benedictus in ſaecula quod non mentior.
Damaſci praepoſitus gentis Arethe
regis. cuſtodiebat civitatem Da
maſcenorum ut me comprehenderet. et per
feneſtram in ſporta dimiſſus ſum
a fratribus per murum. et ſic effugi ma
nus eius. Si gloriari oportet. non expedit
quidem. Veniam autem ad viſiones
et revelationes domini. Scio hominem
in Christo ante annos xiiii. ſive in corpore
ſive extra corpus neſcio. deus ſcit.
raptum huiuſmodi uſque ad tertium caelum.
Et ſcio huiuſmodi hominem ſive in corpore
ſive extra corpus neſcio deus ſcit. quia

raptus est in paradisum. et audivit
archana verba que non licet homini loqui.
Pro huiusmodi gloriabor. pro me autem nichil glo-
riabor. nisi in infirmitatibus meis.
Nam si voluero gloriari non ero insipiens.
Veritatem enim dicam. Parco autem. ne quis
me existimet supra id quod videt
in me. aut aliquid audit ex me. Et ne
magnitudo revelationum extollat
me. datus est mihi stimulus carnis mee
angelus sathane. qui me colaphizet. Propter
quod ter dominum rogavi. ut auferretur discederet a
me. Et dixit mihi. Sufficit tibi gratia mea.
Nam virtus in infirmitate perficitur.
Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus
meis. ut inhabitet in me virtus Christi. Propter quod
placeo mihi in infirmitatibus meis. in contume-
liis. in necessitatibus. in persecutionibus. in
angustiis pro Christo. Cum enim infirmor
tunc potens sum. Factus sum insipiens. vos
me coegistis. Ego enim debui a
vobis commendari. Nichil enim minus fui ab
xii his qui sunt supra modum apostoli. Tamen et si nichil
sum. signa tamen apostolatus mei facta sunt super
vos in omni patientia. in signis et prodigiis et
virtutibus. Quid est enim quod minus habuistis
pre ceteris ecclesiis. nisi quod ego non gravavi vos.
Donate mihi hanc iniuriam.

ECCE hoc tercio XIII.
paratus sum venire ad vos. et
non ero gravis vobis. Non enim quero que vestra sunt.
sed vos. Nec enim filii debent paren-
tibus thesaurizare. sed parentes
filiis. Ego autem libentissime impen-
dam et superimpendar ipse pro animabus
vestris. licet plus diligens vos mi-
nus diligar. Sed esto. ego vos non gravavi.
sed cum essem astutus. dolo vos cepi.
Numquid per aliquem eorum quos misi ad vos
circumveni vos? Rogavi Titum. et misi
cum illo fratrem. Numquid Titus circumvenit vos?
Nonne eodem spiritu ambulavimus? Non-
ne eisdem vestigiis? Olim pu-
tatis quod excusemus nos apud vos. Co-
ram deo in Christo loquimur. omnia autem karissimi propter
vestram edificationem. Timeo enim ne
forte cum venero. non quales volo inveni-
am vos. et ego inveniar a vobis. qualem non
vultis. Ne forte contentiones emula-
tiones. animositates. dissensiones. de-
tractiones. susurrationes. inflationes.
seditiones sint inter vos. ne iterum
cum venero humiliet me deus apud vos.
et lugeam multos ex hiis qui ante pecca-
verunt. et non egerunt penitentiam super inmun-
dicia et fornicatione. et inpudicicia
quam gesserunt. Ecce tercio hoc venio ad vos.
In ore duorum vel trium testium stabit omne verbum.
Predixi vobis et predico. ut presens. et
nunc absens hiis qui ante peccaverunt
et ceteris omnibus. quia si venero iterum non
parcam. An experimentum queritis eius qui in
me loquitur Christus. qui in vobis non infirma-
tur. sed potens est in vobis. Nam et si cruci-
fixus est ex infirmitate. sed vivit ex vir-
tute dei. Nam et nos infirmi sumus
in illo. sed vivemus cum eo ex virtute dei
in vobis. Vosmetipsos temptate si
estis in fide. ipsi vos probate. An non
cognoscitis vosmetipsos. quia Christus Iesus in
vobis est. nisi forte reprobi estis. Spero
autem quod cognoscetis. quia nos non sumus reprobi.
Oramus autem deum ut nichil mali faciatis.
non ut nos probati pareamus. sed ut vos
quod bonum est faciatis. nos autem ut reprobi
simus. Non enim possumus aliquid adversus
veritatem. sed pro veritate. Gaudemus
enim quoniam nos infirmi sumus. vos autem

potentes estis. hoc et rogamus vestram
consummationem. Ideo hec absens scribo ut
non presens durius agam secundum potestatem
quam dominus dedit michi in edificationem et non in
destructionem. De cetero fratres gau
dete. perfecti estote. et exhorta
mini. idem sapite. pacem habete.
et deus pacis et dilectionis erit vobiscum.
Salutate vos invicem in osculo sancto.
Salutant vos omnes sancti. Gratia domini nostri Iesu
Christi. et caritas dei. et communicatio sancti spiritus
sit cum omnibus vobis. A M E N.

Prologus

Galathas post susceptionem evangelii
quidam ad observationem legis ve
teris converterunt. Unde et ebyoni
tarum heresis nata est que et Christum credit et in
observatione circumcisionis et sabbati iuda
izat. ac similium mandatorum. Hos apostolus
exemplis rationis auctoritate revo
cat ab errore. Nam primum primitias sua
eis obicit. ut ipsa reminiscantur quod secundum
fidem quesierat. et dicit se in iudais
mo super coetaneos suos studium et
emulatorem paternarum traditionum fu
isse. ita ut Christi persequeretur ecclesiam. post
susceptionem tamen fidei. ita credidisse. et cruci eum affixum esse
ut videretur mortuum legi. Deinde ali
ud quod ex[em]plum profert. et petrum a se
correctum indicat. quod metu
iudeorum in convictu eorum qui ex gentibus
crediderant non tenuit libertatem
cum utique sub evangelio par esset omni
um conditio atque una communio.
Asserit et exemplo abrahe qui ante legem
fecerat fide iustificatus sit. quique
benedictionem ob hoc accepit ut iam
non tantum ostenderet nemine ad iu
stitiam per se aliud querere. non fide
abrahe fuisse imitatores. Argumenta
tur etiam quod in lege iustificari ne
mo umquam possit. sub qua utique erat
Iustus autem ex fide vivit. Ex hoc
colligitur si tantum fides potest ut quemquam
extra legem. quoniam et abraham et sub
lege non in ipsa iustificat. Ab-
solutum est eam tempore suo ad
iustificandum non putare sola
per se sufficere. Ad postremum pro
fert auctoritatem apostolicam di
cens. Ecce ego paulus dico vobis
quia si circumcidamini Christus vobis nihil
proderit. Quia excidistis qui in
lege iustificamini.

Galathe sunt greci. **Argumentum.**
Hii verbum veritatis primum
ab apostolo acceperunt. sed post discessum eius
temptati sunt a falsis pseudo apostolis. ut
in legem et circumcisionem verterentur.
hos revocat apostolus ad fidem verita
tis. scribens eis ab epheso.

PAULUS APOSTOLUS
non ab hominibus neque per hominem
sed per Iesum Christum et deum pa
trem qui suscitavit eum a
mortuis. et qui mecum sunt
omnes fratres ecclesiis galatie.
Gratia vobis et pax a deo patre
nostro. et domino Iesu Christo. qui dedit semet
ipsum pro peccatis nostris. ut eriperet
nos de presenti seculo nequam secundum
voluntatem dei et patris nostri. cui
est gloria in secula seculorum amen. .I.
Miror quod sic tam cito trans
feremini ab eo qui vos

uocauit in gratiam xpi. in aliud euangelium. quod
non est aliud. nisi quod sunt aliqui qui uos conturba-
bant. et uolunt subuertere euangelium xpi.
Sed licet nos aut angelus de celo
euangelizet uobis preterquam quod euangelizauimus
uobis. anathema sit. sicut predixi. et nunc
iterum dico. Si quis uobis euangelizauerit
preter id quod accepistis. anathema sit.
Modo enim hominibus suadeo. an deo. aut
quero hominibus placere? Si adhuc homi-
nibus placerem. xpi seruus non essem. Notum
enim uobis facio fratres euangelium quod euangeli-
zatum est a me. quia non est secundum hominem.
neque didici neque enim ab homine accepi illud. sed per re-
uelationem ihesu xpi. Audistis enim con-
uersationem meam aliquando in iudais-
mo. quoniam supra modum persequebar ecclesiam dei.
et expugnabam illam. et proficiebam in
iudaismo supra multos coetaneos
meos in genere meo. habundantius
emulator existens paternarum mea-
rum traditionum. Cum autem placuit
ei qui me segregauit ex utero matris me-
e. et uocauit per gratiam suam ut reue-
laret filium suum in me. ut euangeli-
zarem illum in gentibus. continuo non ad-
quieui carni et sanguini. neque ueni
ierusalem ad antecessores meos
apostolos. sed abii in arabiam. et iterum re-
uersus sum damascum. II.
Deinde post annos tres ueni
ierusalem. uidere petrum. et
mansi apud eum diebus. xv. Alium
autem apostolorum neminem uidi. nisi ia-
cobum fratrem domini. Que autem scribo uobis.
ecce coram deo quia non mentior. De-
inde ueni in partes syrie et cilicie.
Eram autem ignotus facie ecclesiis
iudee que erant in xpo. tantum autem au-
dītum habebant. quia qui persequebatur nos ali-
quando. nunc euangelizat fidem quam aliquando
expugnabat. et in me glorificabant deum.
Deinde post annos. xiiii. iterum ascendi
ierusalem cum barnaba et tyto.
Ascendi autem secundum reuelationem. et contu-
li cum illis euangelium quod predico in gentibus. se-
orsum autem his qui uidebantur aliquid esse.
ne forte in uacuum currerem aut
cucurrissem. Sed neque tytus qui mecum
erat cum esset gentilis compulsus est circum-
cidi. sed propter introductos falsos fratres
qui subintroierunt explorare liber-
tatem nostram. quam habemus in xpo ihesu. ut
nos in seruitutem redigerent. quibus neque
ad horam cessimus subiectione. ut ue-
ritas euangelii permaneat apud uos.
Ab his autem qui uidebantur esse aliquid. quales
aliquando fuerint nichil mea interest.
Deus enim personam hominis non accipit. Michi enim qui ui-
debantur esse aliquid. nichil contulerunt. Sed
econtra cum uidissent quod creditum est mihi
euangelium prepucii. sicut petro circumcisio-
nis. Qui enim operatus est petro in apostolatum
circumcisionis. operatus est et mihi inter gentes.
Et cum cognouissent gratiam que data
est mihi. iacobus et cephas et iohannes qui
uidebantur columpne esse. dextras
dederunt mihi et barnabe
societatis. ut nos in gentes. ipsi
autem in circumcisionem. tantum ut me-
mores pauperum essemus. quod etiam sol-
licitus fui hoc ipsum facere. Cum
autem cephas uenisset ierusalem an-
tyochiam. in faciem ei restiti re-
stiti quia reprehensibilis erat. Prius
enim quam uenirent quidam ab iacobo cum
gentibus edebat. Cum autem uenissent
subtrahebat et segregabat se

tum eos qui ex circumcisione erant. & si
mulationi eius consenserunt ceteri iudei. ita
ut barnabas duceretur ab eis in illa si
mulatione. Sed cum uidissem quod non recte
ambularent ad ueritatem euangelii. di
xi cephe coram omnibus. Si tu iudeus
cum sis gentiliter & non iudaice uiuis.
quomodo gentes cogis iudaizare. Nos
natura iudei & non ex gentibus peccatores.
scientes autem quod non iustificatur homo ex
operibus legis. nisi per fidem iesu christi. & nos
in iesum christum credimus ut iustificemur ex fide
christi & non ex operibus legis. propter quod ex operi
bus legis non iustificabitur omnis caro. Quod
si querentes iustificari in christo inuenti
sumus & ipsi peccatores. numquid christus mi
nister peccati est. absit. Si enim que
destruxi hec iterum reedifico. preua
ricatorem me constituo. Ego enim
per legem legi mortuus sum. ut deo ui
uam. christo confixus sum cruci. Viuo autem
iam non ego. uiuit uero in me christus. Quod autem
nunc uiuo in carne. in fide uiuo
filii dei. qui dilexit me & tradidit
seipsum pro me. Non abicio gratiam dei. Si
enim per legem iustitia. ergo christus
gratis mortuus est. .iii.

O insensati Galathe. quis
uos fascinauit non obedire
ueritati. ante quorum oculos iesus christus pre
scriptus est & in uobis crucifixus.
Hoc solum uolo a uobis discere. Ex operi
bus legis spiritum accepistis. an ex au
ditu fidei. Sic stulti estis. ut
cum spiritu ceperitis. nunc carne consumma
mini. Tanta passi estis sine causa.
si tamen sine causa. Qui ergo tribuit uobis spiritum
& operatur uirtutes in uobis. ex operibus legis
an ex auditu fidei. sicut scriptum est.
Abraham credidit deo & reputatum est ei ad iu
stitiam. Cognoscite ergo quia qui ex fide sunt. hii sunt
filii abrahe. Prouidens autem scriptura
quia ex fide iustificat gentes deus. pre
nuntiauit abrahe quia benedicentur in te omnes
gentes. Igitur qui ex fide sunt. benedicentur
cum fideli abraham. Quicumque enim ex operi
bus legis sunt. sub maledicto sunt.
Scriptum est enim. Maledictus omnis qui non
permanserit in omnibus que scripta sunt
in libro legis ut faciat ea. Quoniam
in lege nemo iustificatur apud deum.
manifestum est quia iustus ex fide uiuit.
Lex autem non est ex fide. sed qui fecerit
ea uiuet in illis. Christus maled nos
redemit de maledicto legis.
factus pro nobis maledictum. quia scriptum est.
Maledictus omnis qui pendet in
ligno. ut in gentibus benedictio abra
he fieret in christo iesu. ut pollicita
tionem spiritus accipiamus per fidem.
Fratres secundum hominem dico. tamen hominis
confirmatum testamentum nemo
spernit. aut superordinat. Abra
he dicte sunt promissiones & semini
eius. Non dicit & seminibus quasi in
multis. sed quasi in uno & semini
tuo qui est christus. Hoc autem dico testamen
tum confirmatum a deo. quod post
.cccc.tos & post xxx. annos
facta est lex. non irritum facit
ad euacuandam promissionem. Nam
& si ex lege hereditas. iam non
ex promissione. Abrahe autem per rep
missionem donauit deus. Quid
igitur lex. propter transgressiones posita
est. donec ueniret semen
cui repromiserat. ordinata per
angelos in manu mediatoris. .c.

Mediator autem unius non est. Deus autem unus
est. Lex ergo adversus promissa
Dei? Absit. Si enim data esset lex
que posset iustificare, vere ex le-
ge esset iusticia. Sed conclusit scrip-
tura omnia sub peccato, ut promissio
ex fide Ihesu Christi daretur credentibus.
Priusquam autem veniret fides, sub
lege custodiebamur conclusi in
eam fidem que revelanda erat.
Itaque lex pedagogus noster erat in
Christo, ut ex fide iustificemur. At
ubi venit fides, iam non sumus sub pedago-
go. Omnes enim filii Dei estis per
fidem que est in Christo Ihesu. Quicumque enim in Christo bap-
tizati estis, Christum induistis. Non est
Iudeus neque Grecus, non est servus neque liber, non
est masculus neque femina. Omnes enim vos
unum estis in Christo Ihesu. Si autem vos Christi,
ergo semen Abrahe estis secundum repromissi-
onem heredes. IIII.
Dico autem: Quanto tempore heres
parvulus est, nichil differt a servo,
cum sit dominus omnium, sed sub tutoribus et
actoribus est usque ad prefinitum tempus
a patre. Ita et nos cum essemus parvuli
sub elementis mundi eramus ser-
vientes. At ubi venit plenitudo tem-
poris, misit Deus filium suum natum ex muliere,
factum sub lege, ut eos qui sub lege erant re-
dimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus.
Quoniam autem estis filii Dei, misit Deus spiritum
filii sui in corda vestra clamantem: Abba, pater.
Itaque iam non est servus, sed filius. Quod si
filius, et heres per Deum. Sed tunc quidem ig-
norantes Deum, hiis qui natura non sunt dii ser-
viebatis. Nunc autem cum cognoveritis Deum,
immo cogniti sitis a Deo, quomodo converti-
mini iterum ad infirma et egena
elementa, quibus denuo servire vultis?
Dies observatis et menses et tempora et
annos. Timeo ne forte sine causa
laboraverim in vobis. Estote sicut
ego, quia et ego sicut vos. Fratres, ob-
secro vos. Nichil me lesistis. Scitis autem
quia per infirmitatem carnis evangeli-
zavi vobis iampridem, et temptationem
vestram in carne mea non spre-
vistis neque respuistis, sed sicut angelum
Dei excepistis me, sicut Christum Ihesum. Ubi
est ergo beatitudo vestra? Testimonium
enim perhibeo vobis quia si potuisset
fieri, oculos vestros eruissetis et de-
dissetis michi. Ergo inimicus factus sum vobis
verum dicens vobis? Emulantur vos non bene,
sed excludere vos volunt, ut illos emu-
lemini. Bonum autem emulamini in
bono semper, et non tantum cum presens sum apud vos.
Filioli mei, quos iterum parturio donec Christus
formetur in vobis. Vellem autem nunc esse apud
vos et mutare vocem meam, quia con-
fundor in vobis. Dicite michi qui sub lege
vultis esse, legem non legistis?
Scriptum est enim quoniam Abraham duos filios
habuit, unum de ancilla et unum
de libera. Sed qui de ancilla secundum carnem
natus est, qui autem de libera per repromissi-
onem. Que sunt per allegoriam dicta. Hec
enim sunt duo testamenta: unum quidem in
monte Syna in servitutem generans,
que est Agar. Syna enim mons est in Ara-
bia, qui coniunctus est ei que nunc est Ierusalem
et servit cum filiis suis. Illa autem que sursum
est Ierusalem libera est, que est mater nostra.
Scriptum est enim: Letare sterilis que non
paris, erumpe et clama que non par-
turis, quia multi filii deserte ma-
gis quam eius que habet virum. Nos autem fratres

fratres ysaac promissionis filii sumus. Sed
quemadmodum tunc qui secundum carnem natus fuerat
persequebatur eum qui secundum spiritum, ita et nunc.
Sed quid dicit scriptura? Eice ancil-
lam et filium eius. Non enim erit heres
filius ancille cum filio libere. Itaque
fratres non sumus ancille filii sed libere,
qua libertate Christus nos liberavit.
State et nolite iterum iugo ser-
vitutis contineri. V.

Ecce ego Paulus dico vobis
quoniam si circumcidamini Christus vobis nichil
proderit. Testificor autem rursum omni
homini circumcidenti se quoniam debitor est
universe legis faciende. Evacu-
ati estis a Christo qui in lege iustifica-
mini, a gratia excidistis. Nos autem spiritu
ex fide spem iusticie expectamus.
Nam in Christo Ihesu neque circumcisio aliquid valet
neque preputium, sed fides que per caritatem
operatur. Currebatis bene, quis
vos impedivit veritati non obe-
dire? Nemini consenseritis.
Persuasio vestra non est ex eo qui vocat
vos. Modicum fermentum totam ma-
ssam corrumpit. Ego autem confido in vobis in
domino quod nichil aliud sapietis. Qui
autem conturbat vos iudicium portabit quicumque
est ille. Ego autem fratres si circumcisio-
nem predico quid adhuc persecutionem
patior? Ergo evacuatum est
scandalum crucis. Utinam abscidantur
qui vos conturbant. Vos enim fratres in
libertatem vocati estis. Tantum ne li-
bertatem in occasionem detis car-
nis, sed per caritatem servite invicem.
Omnis enim lex in uno sermone im-
pletur: Diliges proximum tuum sicut te ipsum.
Quod si invicem mordetis et comeditis,
videte ne ab invicem con-
sumamini. Dico autem: Spiritu
ambulate et desideria carnis
non perficietis. Caro enim concupiscit
adversus spiritum, spiritus autem adversus carnem. Hec enim
invicem sibi adversantur ut non quecumque vultis illa
faciatis. Quod si spiritu ducimini iam
non estis sub lege. Manifesta autem
sunt opera carnis, que sunt fornicatio, in-
mundicia, inpudicicia, luxuria,
avaricia que est ydolorum servitus,
veneficia, inimicicie, contentio-
nes, emulationes, ire, rixe, dis-
sensiones, secte, invidie, ho-
micidia, ebrietates, comessa-
tiones et his similia, que predico vobis
sicut predixi, quoniam qui talia agunt regnum dei
non consequentur. Fructus autem spiritus est ka-
ritas, gaudium, pax, longani-
mitas, bonitas, paciencia, benig-
nitas, mansuetudo, fides, mo-
destia, continentia, castitas.
Adversus huiusmodi non est lex. Qui autem sunt
Christi carnem suam crucifixerunt cum
vicijs et concupiscentiis. VI.

Si vivimus
spiritu, spiritu et ambulemus.
Non efficiamur inanis glorie cupidi,
invicem provocantes, invicem invi-
dentes. Fratres et si preoccupatus
fuerit homo in aliquo delicto, vos
qui spirituales estis huiusmodi instruite
in spiritu lenitatis, considerans te
ipsum ne et tu tempteris. Alter al-
terius onera portate et sic adimplebitis legem Christi. Nam
si quis existimat se esse aliquid
cum nichil sit, ipse se seducit.
Opus autem suum probet unusquisque et
sic in semetipso tantum gloriam ha-

bebit y n tabo. Vn q̄sq; ē on
siū portab. Coicet ā is q̄ cate
chizatur ei q̄ se cathechizat.
in oib bonis. Nolite errare
ds n irridet. Q̄ ē seiauit
ho. h̄ y metet. q̄ q̄ seiat ī car
ne sua. d carne metet cor
ruptione. Q̄ a seiat ī spu.
d spū metet uitā etnā. Bo
nū aū faciētes n dficiam.
Tempe ē suo metem̄ n defi
cientes. Ē du tpe hm̄s ope
mur boniū ad oēs. maxīe ā
ad domesticos fidi. Videte q̄
lib litis scpsi uob mā manu.
Q̄cūq; ē uolt placē ī carne
hi cogt uos circūcidi. tm̄ ut
crucis x̄ psecutione n pa
tiantur. Neq; ē q̄ cīrcūcidun
tur lege custodiunt. s; uolt
uos cīrcūcidi. ut ī carne urā
gliātur. Q̄ ā absit gliari. n in
cruce do. n. i. x̄. p q̄ m̄ mu
dus crux ē y e m. In x̄ ē n;
cīrcūcisio ād ualz. n; p̄putiū
s; noua ētura. Et quicq;
hanc regulā secuti fuerīt
pax sr̄ illos. y mīa sr̄ isrl di.
De ceto nēo m̄ molestꝰ sit
ego ē stigmata ihū ī corpe
mo porto. Grā do. n. i. xpi
cū spū urō frīs. Amen.

P̄logus

EPHESII. s. asiani
Hi ū accepto ūbo ūita
tis psīterent ī fide.
Hos collaudat ā. scri
bens eis a roma d carce. de
uotione ephesiorū q̄ y fide

y scorū dilcōe uelut duob ydo
neis testib approbat magnifi
gratiā mitis exhortatioib in
citat. pm̄ q̄ dic eos an cstitu
tione mūdi electos. y i adop
tione filiorū uocatos. ut ipsa e
lectio y adoptio gulatiois bō
collate eos sidē faciat dignū.
d in mistiū īcarnatōis diuce
q̄ sup̄iorib igrāti fuāt gnatoib
p eug siū ul reuelatū d. u. ī eo
honorē sue cgtiois cgs sciāt
q̄ eidē nature amortuis sus
scitat ho x̄ ihc ī c̄lis sedēdt hono
re p̄ripatus y uirtutes y dnatio
nes. y sic ī dextā di maneat.
ī q̄ insigne dignitas ostndit
collatus. Reuocant y ī me
moriā signans uite. q̄ ē effi
cacissimū exortatois g. ū du
se abiectos y uiles reminis
scunt. ēscat ap eos psentis
cumlis dignitatis. Na int saxa
ydolorū y ligna in pingndo
di ūi notitiā n habebant.
agebat y ethneos n sot ap
missionū spe. uerū y a gūer
satioe isrl. ē pmisso debe
bat. Sangne naq; x̄ amotū
ē legis obstaclm. q̄ iudeos a
gntib dirimebat. y uideat nōe
gntilq; dpotito. un eduob no
uus ho fcs ē x̄m. h̄is g̊ pmissis
bnficiis. amonet eos ut uice
reddat t reffant. y digne am
bulent uocatioe q̄ uocati s.
ē oi māsuetudie y humilitate.
Deinꝰ ū optimā marz mag. om
nium unitē. ut cautione. offi

cia intimat affectus ordinat: uxoris
in virum, viri in uxorem, filiorum in paren
tes, parentum in filios, servorum in dominos ut
fideliter serviant. dominos admonet ut
clementer imperent. ad postremum in
commune omnibus generalia armorum suggerit quibus
contra spiritales hostes valeant dimica
re. Scribit autem hanc epistolam per tythicum
dyaconum. Epistola

PAULUS
apostolus Iesu Christi per volunta
tem Dei. Sanctis omnibus qui sunt
Ephesi, et fidelibus
in Christo Iesu. Gratia vobis et pax
a Deo patre nostro et Domino Iesu Christo.

Benedictus Deus et I.
pater domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos
in omni benedictione in celestibus
spiritali in celestibus in Christo. sicut elegit
nos in ipso ante mundi constitutionem,
ut essemus sancti et immaculati in con
spectu eius in caritate. qui predes
tinavit nos in adoptionem
filiorum per Iesum Christum in ipsum, secundum propositum
voluntatis sue. in laude
glorie gratie sue. in qua gratificavit nos
in dilecto filio suo. in quo habemus redemp
tionem per sanguinem eius, remissionem
peccatorum secundum divitias glorie eius, que super
habundavit in nobis in omni sapientia et pru
dentia. ut notum nobis faceret sacra
mentum voluntatis sue secundum beneplaci
tum eius, quod proposuit in eo in dispen
satione plenitudinis temporum.
instaurare omnia in Christo que in celis et
que in terris sunt in ipso. in quo et nos sorte
vocati sumus predestinati secundum
propositum eius qui omnia operatur secundum con
silium voluntatis sue. ut simus in

laude glorie eius qui ante speravimus in Christo.
in quo et vos cum audissetis verbum verita
tis evangelium salutis vestre. in quo et creden
tes signati estis spiritu promissionis
sancto. qui est pignus hereditatis nostre in
redemptione adquisitionis. in laude
glorie ipsius. Propterea et ego audiens
fidem vestram que est in Christo Iesu et dilectionem
in omnes sanctos. non cesso gratias agens
pro vobis. memoriam vestri faciens in oratio
nibus meis. ut Deus domini nostri Iesu Christi pater
glorie det vobis spiritum sapientie et reve
lationis in agnitione eius. illumi
natos oculos cordis vestri. ut sciatis que sit
spes vocationis eius. que divitie glorie
hereditatis eius in sanctis. et que sit super
eminens magnitudo virtutis eius
in nos. qui credidimus secundum operationem
potentie virtutis eius, quam operatus est
in Christo suscitans eum a mortuis. et con
stituens ad dexteram suam in celesti
bus super omnem principatum et pote
statem et virtutem et dominationem,
et omne nomen quod nominatur non solum in hoc seculo sed
et in futuro. et omnia subiecit sub pe
dibus eius. et ipsum dedit caput super omnem
ecclesiam que est corpus ipsius. pleni
tudo eius. qui omnia in omnibus

adimpletur. Ca. II.

Et vos cum essetis mortui
delictis et peccatis vestris, in quibus
aliquando ambulastis secundum seculum mundi huius
secundum principem potestatis aeris huius
spiritus qui operatur nunc in filios diffiden
tie. in quibus et nos omnes aliquando con
versati sumus in desideriis carnis nostre
facientes voluntates carnis
et cogitationum. et eramus natura
filii ire sicut et ceteri. Deus autem

qui dives est in misericordia propter nimiam cari-
tatem suam qua dilexit nos. et cum essemus
mortui peccatis convivificavit nos
in Christo. cuius gratia estis salvati. et con-
resuscitavit et consedere fecit in
celestibus in Christo Ihesu. ut ostenderet
in seculis supervenientibus habundan-
tes divitias gratie sue in bonita-
te super nos in Christo Ihesu. Gratia enim sal-
vati estis per fidem. et hoc non ex vobis.
Dei enim donum est. non ex operibus ut
ne quis glorietur. Ipsius enim factura sumus
creati in Christo Ihesu in operibus bonis. que prepa-
ravit Deus ut in illis ambulemus.
Propter quod memores estote. quod vos qui
aliquando eratis gentes in carne.
qui dicebamini preputium ab ea que
dicitur circumcisio in carne manufacta.
qui eratis illo tempore sine Christo. alienati
a conversatione Israel. et hospites
testamentorum promissionis. spem
non habentes. et sine Deo in hoc mundo.
Nunc autem in Christo Ihesu vos qui aliquando eratis
longe. facti estis prope in sanguine
agni. Ipse enim est pax nostra. qui fecit utraque
unum. et medium parietem macerie
solvens inimicicias in carne sua.
legem mandatorum decretis evacu-
ans. ut duos condat in semet
ipso. in unum novum hominem faciens
pacem et reconciliet ambos in uno
corpore Deo per crucem interficiens
inimicitias in semet ipso. Et veni-
ens evangelizavit pacem
vobis qui longe fuistis. et pacem his
qui prope. quia per ipsum habemus acces-
sum ambo in uno spiritu ad pa-
trem. Ergo iam non estis hospites
et advene. sed estis cives sanctorum
et domestici Dei superedificati
super fundamentum apostolorum et prophetarum.
ipso summo angulari lapide Christo
Ihesu. in quo omnis edificatio
constructa. crescit in templum san-
ctum in Domino. In quo et vos coedifica-
mini in habitaculum Dei in spiritu
sancto. **Capitulum III.**

Huius rei gratia ego ~~Paulus~~
vinctus Christi Ihesu pro vobis in
gentibus. Si tamen audistis dispen-
sationem gratie Dei que data est mihi
in vobis. quoniam secundum revelationem notum mi-
chi factum est sacramentum. sicut supra scripsi in brevi
prout potestis legentes intelligere
prudentiam meam in misterio Christi. quod
aliis generationibus non est agnitum fili-
is hominum. sicut nunc revelatum est
sanctis apostolis eius et prophetis. in spiritu esse
gentes coheredes et concorporales et
comparticipes promissionis in Christo Ihesu
per evangelium. cuius factus sum minister secundum donum
gratie Dei que data est michi secundum operationem
virtutis eius. Michi omnium sanctorum mini-
mo data est gratia hec. in gentibus
evangelizare investigabiles di-
vitias Christi. et illuminare omnes. que
sit dispensatio sacramenti abscon-
diti a seculis. in Deo qui omnia creavit.
ut innotescat principibus et potesta-
tibus in celestibus per ecclesiam multi-
formis sapientia Dei. secundum prefinitionem
seculorum. quam fecit in Christo Ihesu Domino nostro
in quo habemus fiduciam et accessum in con-
fidentia per fidem eius. Propter quod peto
ne deficiatis in tribulationi-
bus meis pro vobis. que est gloria vestra. Huius
rei gratia flecto genua mea ad
patrem Domini nostri Ihesu Christi. ex quo omnis pater-
nitas in celis et in terra nominatur.
ut det vobis secundum divitias glorie sue

uirtute corroborari per spiritum eius
in interiorem hominem. Habitare christum per fidem
in cordibus uestris in caritate radica
ti et fundati ut possitis conprehen
dere cum omnibus sanctis. que sit latitudo.
longitudo. sublimitas et profundum.
scire etiam supereminentem scientie ca
ritatem christi. ut impleamini in
omnem plenitudinem dei. Ei autem qui
potens est omnia facere superhabun
danter quam petimus aut intelligimus
secundum uirtutem que operatur in nobis. ipsi gloria
in ecclesia in christo ihesu in omnes generationes
seculi seculorum amen. **Ca. IIII.**

Obsecro itaque uos ego
uinctus in domino. ut digne am
buletis uocatione qua uocati
estis. cum omni humilitate et mansue
tudine cum patientia. supportantes in
uicem in caritate. solliciti seruare
unitatem spiritus in uinculo pacis.
Unum corpus et unus spiritus. sicut uocati
estis in una spe uocationis uestre.
Unus dominus. una fides. unum bap
tisma. unus deus et pater omnium qui est
super omnes. et per omnia et in omnibus nobis.
Unicuique autem nostrum data est gratia
secundum mensuram donationis christi.
Propter quod dicit. ascendens in altum cap
tiuam duxit captiuitatem. dedit dona hominibus. Quod autem
ascendit quid est nisi quia et
descendit primum in inferiores
partes terre. Qui descendit ipse est
et qui ascendit super omnes celos
ut adimpleret omnia. Et ipse
dedit quosdam apostolos. quosdam
autem prophetas. alios autem euangelistas.
alios uero pastores et
doctores. ad consummationem sancto
rum in opus ministerii in edificationem
corporis christi. donec occurramus omnes in
unitatem fidei et agnitionis filii
dei in uirum perfectum in mensuram etatis ple
nitudinis christi. ut iam non simus paruuli
fluctuantes. et circumferamur omni
uento doctrine. in nequitia hominum
in astutia ad circumuentionem erroris.
Ueritatem autem facientes in caritate
crescamus in illo per omnia qui est caput christus.
ex quo totum corpus conpactum et conexum
per omnem iuncturam subministra
tionis. secundum operationem in mensuram
uniuscuiusque membri. augmentum facit
corporis in edificationem sui in caritate.
Hoc igitur dico et testificor in domino. ut iam
non ambuletis sicut et gentes ambu
lant in uanitate sensus sui. te
nebris obscuratum habentes intelle
ctum. alienati a uia dei per ignoran
tiam que est in illis. propter cecitatem cor
dis ipsorum. qui desperantes semetip
sos tradiderunt inpudicitie
in operationem omnis inmunditie in
auaricia. Uos autem non ita didi
cistis christum. si tamen illum audistis.
et in ipso edocti estis. sicut est ueri
tas in ihesu. deponere uos secundum pristi
nam conuersationem ueterem hominem
qui corrumpitur secundum desideria erroris.
Renouamini autem spiritu mentis uestre et
induite nouum hominem qui secundum deum creatus est in iustitia et
sanctitate ueritatis. Propter quod deponentes men
dacium loquimini ueritatem unusquisque cum proximo
suo. quoniam sumus inuicem membra. Irasci
mini et nolite peccare. Sol non occidat
super iracundiam uestram. Nolite locum dare
diabolo. Qui furabatur iam non furetur.
magis autem laboret operando manibus
quod bonum est. ut habeat unde tri
buat necessitatem patienti.

Omnis sermo malus ex ore vestro non
procedat. sed si quis bonus ad edificati
onem fidei ut det gratiam audienti
bus. Et nolite contristare spiritum sanctum
dei in quo signati estis in diem redemp
tionis. Omnis amaritudo et ira
et indignatio et clamor et blas
phemia tollatur a vobis cum omni mali
cia. Estote autem invicem benigni
misericordes. donantes invicem. sicut
et deus in Christo donavit vobis. V.
ESTOTE ergo imitatores dei
sicut filii karissimi. et ambulate
in dilectione sicut et dilexit vos. et tra
didit semetipsum pro vobis oblati
onem et hostiam deo in odorem sua
vitatis. Fornicatio autem et omnis inmun
dicia aut avaricia nec nominetur
in vobis sicut decet sanctos. aut turpitu
do aut stultiloquium aut scurili
tas. que ad rem non pertinet. sed ma
gis gratiarum actio. Hoc enim scitote
intelligentes. quod omnis fornica
tor aut inmundus. aut avarus
quod est ydolorum servitus. non habet heredita
tem in regno Christi et dei. Nemo vos
seducat inanibus verbis. Propter hec
enim venit ira dei in filios diffi
dentie. Nolite ergo effici parti
cipes eorum. Eratis enim aliquando
tenebre. nunc autem lux in domino. ut
filii lucis ambulate. Fructus enim lucis est in
omni bonitate et iusticia et veri
tate. probantes quid sit beneplaci
tum deo. Et nolite communicare
operibus infructuosis tenebrarum.
magis autem et redarguite. Que
enim in occulto fiunt ab ipsis. tur
pe est et dicere. Omnia autem que argu
untur. a lumine manifestantur.

Omne enim quod manifestatur lumen est.
Propter quod dicit. Surge qui dormis et
exsurge a mortuis et illuminabit te Christus. Vide
te itaque quomodo caute ambuletis.
non quasi insipientes sed quasi sapientes
redimentes tempus. quoniam dies mali sunt.
Propterea nolite fieri imprudentes
sed intelligentes. que sit voluntas di
ei. Et nolite inebriari vino in quo est
luxuria. sed impleamini spiritu sancto. lo
quentes vobismetipsis in psalmis et
ymnis et canticis spiritualibus.
cantantes. et psallentes domino in
cordibus vestris. gratias agentes semper pro
omnibus in nomine domini nostri ihesu Christi. deo et patri.
subiecti invicem in timore Christi.
Mulieres viris suis subdite
sint sicut domino. quoniam vir caput est mu
lieris. sicut Christus caput est ecclesie. ipse
est salvator corporis eius. Sed sicut
ecclesia subiecta est Christo. ita et mulie
res in omnibus viris suis. Viri dili
gite uxores vestras. sicut et Christus ecclesiam. et semetipsum .b.
tradidit pro ea. ut eam sanctifica
ret. mundans eam lavacro aque
in verbo vite. ut exhiberet sibi
gloriosam ecclesiam. non habentem ma
culam aut rugam. aut aliquid huiusmodi.
sed ut sit sancta et inmaculata. ita
et viri debent diligere uxores
suas ut corpora sua. Qui suam uxo b.
rem diligit seipsum diligit. Nemo
enim umquam carnem suam odio habuit
sed nutrit et fovet eam sicut et Christus
ecclesiam. quia membra sumus corporis eius.
de carne eius et de ossibus eius.
Propter hoc relinquet homo patrem et matrem et
adherebit uxori sue. et erunt duo in carne una.
Sacramentum hoc magnum est. Ego autem
dico in Christo et in ecclesia. Verumtamen

& uos singli unusqsq; suã uxorem
sic sicut seipm diligat. Uxor aũt ut
timeat uirũ. VI.
Filii. obedite parentib;
uris in dño. hoc ẽ iustũ
ẽ. Honora patrẽ & mrẽ. q ẽ
mandatũ primũ i pmissiõe.
ut bn sit ti & sis longeuus sup trã.
Et uos patres. nolite ad iracundiã puocare filios uros
s; educate eos i disciplina et
correptiõe dñi. Servi! obedite dñis carnalib cũ timore & tremore i simplicitate
cordis uri sic xpo. n ad oculũ
suientes. qi hoib placentes
s; ut serui xpi. facientes uoluntate di ex aio cũ bona uoluntate suientes sic dño & nõ
hoib;. Scientes q unusqsq;
qd cũq; bonũ fecit. hoc pcipiet
a dño. siue seruꝰ siue liber. Et
uos dñi eadẽ facite illis. remittentes minas. scientes q & illoꝝ
& urꝰ dñs ẽ i celis. & psonaꝝ acceptio n ẽ apud deũ. De cetero.
frs Confortamini i dño. &
i potentia uirtutis eiꝰ. Induite uos armaturã dĩ. ut possitis stare adũs isidias diabli.
q n ẽ nob colluctatio adũs
carnẽ & sanguinẽ. s; adũs pricipes & potestates. adũsus mũdi rectores tenebraꝝ harꝝ.
cõ spũalia nequitie i celestib.
Pp ea accipite armaturã dĩ.
ut possitis resistere i die malo
& i oib pfecti stare. State
g succincti lũbos uros i ueritate
& induti loricã iusticie. & calciati pedes i pparatione euglii
pacis. I oib; sumentes scutũ fidei. i quo possitis oĩa tela nequissimi ignea extinguere. et
galeã salutis assumite. & gladiũ spc q ẽ ubũ di. P omnẽ
orõnẽ & obsecrationẽ orantes
oĩ tpe i spũ. & i ipo uigilantes i oĩ istantia & obsecratiõe
p oib scis & p me. ut det m
smo i apertione oris mei. cum
fiducia notũ facere mistium
euglii. p quo legatiõe fungor
i catena. ita ut i ipo audeã
put opt me loqui. S; ubũ
dĩ nõ pot alligari. Ut aũt
sciatis q circa me s. q agam.
oĩa nota uob faciet tychicus kmus fr & fidel minister i dño.
q misi ad uos in hoc ipm. ut
cognoscatis q circa nos s. & cõsolet corda ura. Pax frib & caritas cũ fide. a dõ patre nro.
& dño n. i. x. Gra cũ oib q diligunt dñm n. i. x. i incorruptione. amen. Explicit.

Ad Philippen.

Philippẽs sũt ciuitas macedonie. i q ap pm uisione q ei ostensa fuerat. sic i actib aptoꝝ
refert. uisio p noctem
paulo ostensa ẽ. uir qda
macedo erat stans & dpcans eũ & dicens. trãsiens
i macedonia adiuua nos.
ꝑ inuẽ euglm pdicauit. q tanta
fide suscepit. ut n solũ ipi
crederent. uerũ id q audierant & aliis pdicarent.

⁊ feruore sp̄c rudimta dis
ciploꝝ ꝯponentes. officia su
scipent ministroꝝ. Q̄ꝰ ꝯ co
gaud; ap̄ dicēs. obsecrātiōne fa
ciēs sup̄ corōne urā ī eug. hor
ta; cursu fauore suo īcentit.
⁊ catenas suā dic̄ ad pfectū
euglii puenie. qr dū qrentib
redd causā uincloꝝ suoꝝ. x̄ n̄
nescientib īsinuat. ꝯuolūtati
⁊ uite sue tpe pferet ⁊ morti
au ipende. dū amittat fide eī. aū
p fide eī mori n̄ timet. hortat
q̄ a philippenses. ū dig̃ ī eug x̄ ꝯ
usent. h̄ ē ut fide pdicois ⁊ ꝯūsa
tiōis bono ope ⁊ testimōio pse
quēt. n̄ metu adūsarioꝝ ꝯdu
cant ab euglii hndi studio. ut
q̄ tenebꝯ factiēdo oīa sin mūr
atiōib ⁊ hesitatiōib ꝯbeant
uite sue splendore radiare.
Ammonet ꝯ uī s̄ caueāt a pseu
i do aplis. q̄ ī iustia gr̄e custodi
endas obsuatioēs legis uetꝯ p
dicabat. ꝯgaudēs ī fine oblatio
nib eoꝝ n̄ obli; qr ipē ad accipe.
s; qr talib eos uelit fructib ha
bundare. Phylippenses
s̄ macedoēs. hī accepto ūbo ū
itatis pstiterūt ī fide n̄ rece
perūt ftos aplos. q̄s ap̄ collaudat
ꝯ carcere scbns eis a Roma.

IN actib aploꝝ legit̄. Argum̄
q̄ paulo pdicante crediderit phy
lippenses ī x̄. Gr̄m ī hc̄ sitā pse
uerit ū ī ipsī eug pdicant̄e ⁊ ꝯ
fendeit a pseudo aplis ipugnati.
Q̄ꝰ ꝑ ab hīs m̄ supr̄ se meminat
accepisse. ⁊ c̄ ali pdicaret. hos q̄
collaudās. mon; ne eī passiōib;

cresant. q̄b n̄ ꝯstruat x̄ eug. s;
s; firmat. dū intelligi dat tanta
pati p falsa l' dubia o
n̄ pse. Inq; exhortat eos ꝯx suo.
ut usq; ad morte libent ꝯbeat
certare p x̄.

PAULUS
et Tymotheus.
serui ihu x̄. Oīb scis
ī x̄. ihu q̄ s̄ phylip
pis. c̄ epis ⁊ dyaco
nib. gr̄a ūb ⁊ pax a do
patre n̄. ⁊ dn̄o. i. xp̄o.
Gras ago dō mō. · I ·
ī oī memoria ura s̄p ī cunct
orōib meīs p oīb ūb c̄ gaudio
ꝯprecatione faciens sr̄ cōicati
oē ura ī eug x̄. a pa die us;
nc. ꝯfidens h̄ ipm̄. qr q̄ cepit
ī ūb op bonū pficiet. us;
ī die x̄ ihu. sicē m̄ iustū h̄
sentire p oīb ūb. eo q̄ habā
uos ī corde. ⁊ ī uinctis meīs
⁊ ī ꝯfensiōe ⁊ ꝯfirmatiōe
euglii socios gaudii mei oēs uos
ee. Testis ē e m̄ ds quō cu
pia uos oēs ī uiscerib x̄ ihu. Et hoc
oro ū caritas ūr magis ac magis
habund; ī oī scia. ⁊ ī oī sensu. ut
pbetis potiora. ū sitis sinceres ⁊
sin offensa ī die x̄. repleti fruc
tu iusticie p. i. x̄. ī laude ⁊ glam
dī. Scire aūt uolo uos fr̄s. qr q̄ circa
me s̄. mag ad pfectū euglii p
uenerūt. ita ū uincula mea mani
festa fierent ī x̄. ī oī pretorio. ⁊
ī ceteris oīb. ⁊ plures ex fr̄ib ī dn̄o
ꝯfidentes ī uinctis meīs. habūdā
tī auderent sin timore ūb dī loq.
Q̄dā q̄dē ⁊ ꝑ ī uidia ⁊ ꝯtentiōe x̄

predicant: quidam autem et propter bonam voluntatem. quidam vero ex caritate. scientes quod in defensione evangelii positus sum. Quidam autem ex contentione Christum annuntiant non sincere existimantes pressuram se suscitare in vinculis meis. Quid enim? dum omni modo sive per occasionem sive per caritatem Christus annuntietur et in hoc gaudeo. sed et gaudebo. Scio enim quod hoc mihi proveniet ad salutem per vestram orationem et subministrationem spiritus Ihesu Christi. secundum expectationem et spem meam. quia in nullo confundar. sed in omni fiducia sicut semper et nunc magnificabitur Christus in corpore meo. sive per vitam sive per mortem. Mihi enim vivere Christus est et mori lucrum. Quod si vivere in carne hic mihi fructus operis est. quid eligam ignoro. Coartor autem e duobus. desiderium habens dissolvi. et esse cum Christo. multo magis melius. Permanere autem in carne necessarium propter vos. Et hoc confidens scio quia permaneo et permanebo omnibus vobis ad profectum vestrum et gaudium fidei. ut gratulatio vestra habundet in Christo Ihesu in me per meum adventum iterum ad vos. Tantum digne in evangelio Christi conversamini. ut sive cum venero et videro vos. sive absens audiam de vobis. quia statis in uno spiritu unanimes. collaborantes fide evangelii et in nullo terreamini ab adversariis vestris. que est illis causa perditionis. vobis autem causa salutis. Et hoc a deo. quia vobis donatum est pro Christo. non solum ut in eum credatis. sed ut etiam pro illo patiamini. idem certamen habentes. quale et vidistis in me. et nunc audistis de me.

cap. scdm

Capitulum secundum

Si qua ergo consolatio in Christo. si quod solatium caritatis. si qua societas spiritus. si qua viscera miserationis. implete gaudium meum. ut idem sapiatis. eandem caritatem habentes. unanimes. idipsum sentientes. nihil per contentionem neque per inanem gloriam. sed in humilitate. superiores sibi invicem arbitrantes. non que sua sunt singuli considerantes. sed et ea que sunt aliorum. Hoc enim sentite in vobis. quod et in Christo Ihesu. Qui cum in forma dei esset. non rapinam arbitratus est esse se equalem deo. sed semetipsum exinanivit. formam servi suscipiens. in similitudine hominum factus et habitu inventus ut homo. Humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem. mortem autem crucis. Propter quod et deus illum exaltavit et donavit illi nomen quod est super omne nomen. ut in nomine Ihesu omne genu flectatur celestium terrestrium et infernorum et omnis lingua confiteatur quia dominus Ihesus Christus in gloria est dei patris. Itaque karissimi mei sicut semper obedistis non in presentia mei tantum. sed multo magis nunc in absentia mea cum metu et timore et tremore salutem vestram operamini. Deus est enim qui operatur in vobis et velle et perficere pro bona voluntate. Omnia autem facite sine murmurationibus et hesitationibus. ut sitis sine querela et simplices filii dei. sine reprehensione in medio nationis prave et perverse. inter quos lucetis sicut luminaria in mundo. verbum vite continentes ad gloriam meam in die Christi. quia non in vacuum cucurri. neque in vacuum laboravi. Sed et si immolor supra sacrificium et obsequium fidei vestre

He gerpt. abebat. mlos redo.

gaudeo et congratulor omnibus vobis.
Idipsum autem et vos gaudete et con-
gratulamini mihi. Spero autem in domino
Ihesu Tymotheum cito mittere
ad vos. ut et ego bono animo sim.
cognitis que circa vos sunt. Ne-
minem enim habeo tam unanimem
qui sincera affectione pro vobis sollicitus
sit. Omnes enim que sua sunt querunt non que
Ihesu Christi. Experimentum autem eius cognoscite
quia sicut patri filius mecum servivit in
evangelio. Hunc igitur spero me mittere ad
vos. mox ut videro que circa me sunt.
Confido autem in domino. quia et ipse veniam
ad vos cito. Necessarium autem existi-
mavi epaphroditum fratrem et coo-
peratorem et commilitonem meum. vestrum
autem apostolum et ministrum necessi-
tatis mee: mittere ad vos. quoniam
quidem omnes vos desiderabat. et mestus
erat. propterea quod illum audieratis
infirmatum. Nam et infirmatus est
usque ad mortem. sed deus misertus
est eius. non solum autem eius verum et mea
ne tristiciam super tristiciam haberem.
Festinantius ergo misi illum. ut
viso eo iterum gaudeatis. et
ego sine tristicia sim. Excipi-
te itaque eum cum omni gaudio in domino.
et huiusmodi cum honore habetote.
quoniam propter opus Christi usque ad mortem acces-
sit. tradens animam suam ut imple-
ret id quod vobis deerat erga
meum obsequium. III.

De cetero fratres mei
gaudete in domino. eadem
eadem vobis scribere. mihi quidem non pi-
grum. vobis autem necessarium. Videte
canes. videte malos operarios.
videte concisionem. Nos enim
sumus circumcisio qui spiritu dei servimus. et
gloriamur in Christo Ihesu. et non in carne fi-
duciam habentes. quamquam et ego habeam con-
fidentiam in carne. Si quis alius vi-
detur confidere in carne. ego magis.
circumcisus. octavo die. ex genere Israel
de tribu beniamin. hebreus ex
hebreis. secundum legem phariseus. secundum e-
mulationem persequens ecclesiam dei.
secundum iusticiam que in lege est conversatus sine
querela. Sed que michi fuerunt lucra. hec
arbitratus sum propter Christum detrimenta. Verum-
tamen existimo omnia detrimentum esse propter
eminentem scientiam Ihesu Christi domini mei.
propter quem omnia detrimentum feci. et arbitror
ut stercora. ut Christum lucrifaciam. et inve-
niar in illo non habens meam iusticiam.
que ex lege est. sed illam que est ex fide
Ihesu Christi. que est ex deo iusticia in fide
ad cognoscendum illum. et virtu-
tem resurrectionis eius. et socie-
tatem passionum illius. configuratus
morti eius. si quomodo occurram ad re-
surrectionem que est ex mortuis.
non quod iam acceperim. aut iam perfectus
sim. sequor autem si quomodo comprehendam
in quo et comprehensus sum a Christo Ihesu.
Fratres ego me non arbitror me compre-
hendisse. Unum autem quod que retro sunt
obliviscens. ad ea que sunt priora ex-
tendens meipsum ad destina-
tum persequor ad bravium superne
vocationis dei in Christo Ihesu. Quicumque ergo per-
fecti sumus. hoc sentiamus. et si quid aliter
sapitis. et hoc deus vobis revelabit.
Verumtamen ad quod pervenimus ut idem
sapiamus. et in eadem regula perma-
neamus. Imitatores mei estote
et observate eos qui ita ambu-
lant sicut habetis formam nostram.

Multi enim ambulant quos sepe dice-
bam vobis. nunc autem et flens dico. inimicos
crucis Christi. quorum finis interitus. quorum
deus venter est. et gloria in confusione ipsorum
qui terrena sapiunt. Nostra autem conversatio in
celis est. unde et salvatorem expec-
tamus dominum ihesum christum. qui reformabit corpus
humilitatis nostre configuratum corpori
claritatis sue. secundum potestatem qua
possit et subicere sibi omnia. .IIII.
Itaque fratres mei karissimi. et desideratissimi
gaudium meum et corona
mea. sic state in domino karissimi.
Euchodiam rogo et synthicen depre-
cor. id ipsum sapere in domino. Etiam ro-
go et te germane compar. adiuva
illas que mecum laboraverunt in evangelio.
cum clemente et ceteris adiutoribus
meis. quorum nomina sunt in libro vite.
Gaudete in domino semper. iterum dico gau-
dete. modestia vestra nota sit omnibus hominibus.
dominus prope est. nichil solliciti sitis. sed in omni
oratione et obsecratione cum gratiarum actione
petitiones vestre innotescant apud deum.
Et pax dei que exsuperat omnem sensum
custodiat corda vestra. et intelligen-
tias vestras in christo ihesu domino nostro. De cete-
ro fratres. quecumque sunt vera. quecumque pudica. quecumque
iusta. quecumque sancta. quecumque amabilia. quecumque
bone fame. siqua virtus. siqua laus disci-
pline. hec cogitate. que et didicistis.
et accepistis. et audistis. et vidi-
stis in me. hec agite. et deus pacis
erit vobiscum. Gavisus sum autem in domino
vehementer. quoniam tandem aliquando reflo-
ruistis pro me sentire sicut et sen-
tiebatis. Occupati autem eratis
non quasi propter penuriam dico. Ego enim
didici in quibus sum sufficiens esse.
Scio et humiliari. scio et ha-
bundare. et penuriam pati.
Omnia possum in eo qui me confortat.
Verumtamen bene fecistis communicantes
tribulationi mee. Scitis autem et
vos philippenses. quia in principio evan-
gelii quando profectus sum a macedo-
nia nulla mihi ecclesia communicavit in ratione
dati et accepti. nisi vos soli. quia
et thessalonicam semel et bis in usum
mihi misistis. non quia quero datum. sed
requiro fructum habundantem
in ratione vestra. habeo autem omnia et
habundo. Repletus sum accep-
tis ab epaphrodito que misistis
in odorem suavitatis. hostiam
acceptam placentem deo. Deus autem
meus impleat omne desiderium vestrum
secundum divitias suas in gloria in christo ihesu.
Deo autem et patri nostro gloria in secula seculorum amen.
Salutate omnes sanctos in christo ihesu. Sa-
lutant vos qui mecum sunt fratres.
Salutant vos sancti. maxime autem qui
de cesaris domo sunt. Gratia domini
nostri ihesu christi cum spiritu vestro. amen.

Prologus.

Prima apud Colossenses
Epaphre verbo iacta
sunt fidei fundamenta. Unde
testis est ipse apostolus dicens.
Sicut didicistis ab Epaphra karis-
simo conservo nostro. His igitur scri-
bens magis tamquam velut sug-
gesta fabrice manum superedi-
ficationis admovit. et inci-
piens a laude fidei quam in dictis et
operibus comprobabat. confirmationibus cete-
ra notisque ad correctionem pertinentque
et quecumque ad omnem perfectio-
ne erant necessaria. optat
ut impleantur agnitione volun-

tatis dei. uebit fonte ad omi
um doctrinam nutiendam sed saepe
et intellectus spiritualis possit habu
dans riuus infunde. cuius
haustu gaudeant se auulsos
de ariditate gentilium. et in
irriguo quasi uinia plantaria
collocatos. Iubet itaque eos
gratias agere deo patri qui eripuit
eos de potestate tenebrarum
et transtulit in regnum filii di
lectionis suae. ut aut ad perfectionem
eorum proficiat beneficium memori
a. aut certe ut non relabantur
ex eo prosequi uolentur. et translatos
in regnum filii dilectionis suae. et
quis sit filius hic docet. id est et dei
tatis per imaginem dei et huma
nitatis dicendo primogenitus
omnis creaturae. uoluit indaga
re substantiam. Nam omnia per ipsum
et in ipso creata sunt. solido operum
primogenitus non est deus ex materi
is. homo uerus ostenditur. et ideo
pacificauit quae in caelis sunt et quae in terra
per utriusque elementi hominem fi
et deus. et ut angelicas uirtutes
humilitate exemplo suo. iam et
hoc docuit scientiae quorum
omnium id se dicit fatebatur ratione.
ne obliti tantorum beneficiorum. il
liciantur a terrena sapientia. et ne
magistra sectentur humana. id est
neque a philosophorum eam pra
uae subtilitatibus. aut uida
leis implicentur obseruationibus.

Argumentum

Colosenses et hii sicut
Laodycenses sunt asiani.
et ipsi praeuenti erant a pseudo
apostolis. nec ad hos accessit apostolus ipse
et hos per epistolam recorrigit. audi
erant enim uerbum ab archippo. qui et
ministerium in eis accepit. Ergo apostolus
iam ligatus scribit eis ab epheso.

Epistola.

PAULUS apostolus ihesu christi per uolu
ntatem dei. et ty
motheus frater his
qui sunt Colosis. sanctis et
fidelibus fratribus in christo ihesu.
gratia uobis et pax a deo patre nostro
et domino ihesu christo. GRATIAS 1.
agimus deo et patri domini
nostri ihesu christi. semper pro uobis orantes.
audientes fidem uestram in
christo ihesu. et dilectionem quam habetis
in omnes sanctos. propter spem quae re
posita est uobis in caelis. quam audi
stis in uerbo ueritatis euangelii.
quod peruenit ad uos sicut et in uni
uerso mundo est. et fructifi
cat et crescit. sicut in uobis ex ea
die qua audistis et cognouistis
gratiam dei in ueritate. sicut didicistis
ab epaphra karissimo conseruo nostro.
qui est fidelis pro uobis minister christi ihesu.
qui et manifestauit uobis dilectio
nem uestram in spiritu. Ideo et nos ex qua
die audiuimus. non cessamus pro uobis
orantes et postulantes ut imple
amini agnitione uoluntatis
eius in omni sapientia et intellectu spiritali.
ut ambuletis digne deo per omnia
placentes. in omni opere bono fruc
tificantes. et crescentes in scientia
dei. in omni uirtute confortati secundum
potentiam claritatis eius. in omni
patientia et longanimitate cum gau

dio. gratias agentes deo et patri qui
dignos nos fecit in partem sortis
sanctorum in lumine. qui eripuit nos de
potestate tenebrarum. et
et transtulit in regnum filii dilec
tionis sue. in quo habemus redemp
tionem per sanguinem eius re
missionem peccatorum. qui est yma
go dei invisibilis. primogeni
tus omnis creature. quia in ipso
condita sunt universa in celis
et in terra. visibilia et invisibi
lia. sive throni. sive dominationes
sive principatus. sive potesta
tes. omnia per ipsum et in ipso ipso.
creata sunt. et ipse est ante omnes. et omnia
in ipso constant. et ipse est caput
corporis ecclesie. qui est principium.
primogenitus mortuorum. ut sit
ipse in omnibus primatum tenens.
quia in ipso complacuit omnem ple
nitudinem inhabitare. et per eum
reconciliare omnia. in ipsum paci
ficans per sanguinem crucis eius.
sive que in terris sunt que in celis sunt.
Et vos cum essetis aliquando alie
nati. et inimici sensu in operibus
malis. nunc autem reconciliavit in
corpore carnis eius per mortem ex
hibere vos sanctos et inmaculatos
et irreprehensibiles coram ipso.
si tamen permanetis in fide fundati
et stabiles. et inmobiles a spe
evangelii quod audistis. quod predica
tum est in universa creatura que
sub celo est. cuius factus sum ego
Paulus minister. qui nunc gaudeo
in passionibus pro vobis. et adimpleo
ea que desunt passionum Christi in
carne mea. pro corpore eius quod est
ecclesia. cuius factus sum ego minister
secundum dispensationem dei que data
est mihi in vobis. ut impleam verbum
dei. misterium quod absconditum
est a seculis et generationibus. nunc
autem manifestatum est sanctis eius. quibus
voluit deus notas facere di
vitias glorie sacramenti
huius in gentibus. quod est Christus in vobis
spes glorie. quem nos annuntiamus.
corripientes et docentes om
nem hominem. ut exhibeamus om
nem hominem perfectum in Christo Ihesu. in
quo et laboro certando secundum operatio
nem eius quam operatur in
me in virtute. ·II·
Volo enim vos scire qua
lem sollicitudinem ha
beam pro vobis. et pro his qui sunt Lao
dicie. et quicumque non viderunt
faciem meam in carne. ut conso
lentur corda eorum instructi in
caritate et in omnes divitias ple
nitudinis intellectus in ag
nitionem misterii dei patris
et Christi Ihesu. in quo sunt omnes thesauri
sapientie et scientie absconditi. Hoc
autem dico ut nemo vos decipiat
in sublimitate sermonum. Nam
et si corpore absens sum. sed spiritu
vobiscum sum gaudens. et vi
dens ordinem vestrum. et firma
mentum eius que in Christo est fidei vestre.
Sicut ergo accepistis dominum Ihesum
Christum dominum nostrum in ipso ambula
te radicati et superedificati
in ipso. et confirmati in fide. sicut
et didicistis. habundantes in
illo in gratiarum actione. Vide
te ne quis vos decipiat per

philosophiam et inanem fallaciam
secundum traditionem hominum secundum elementa
huius mundi et non secundum Christum. quia in
ipso inhabitat omnis plenitudo di
uinitatis corporaliter. et estis in
illo repleti qui est caput omnis
principatus et potestatis. in quo et
circumcisi estis circumcisione
non manufacta in expoliatio
ne corporis carnis. in circumcisi
one ihesu christi. consepulti ei in
baptismo. in quo et resurre
xistis per fidem operationis dei.
qui suscitauit illum a mortuis.
Et uos cum mortui essetis in
peccatis delictis et preputio carnis
uestre. conuiuificauit cum illo. do
nans uobis omnia delicta. delens quod
aduersus nos erat cyrographum de
creti quod erat contrarium nobis. et ipsum
tulit de medio. affigens illud
cruci. expolians principatus et
potestates traduxit confidenter pala
triumphans illos in semetipso.
Nemo ergo uos iudicet in cibo aut
in potu. aut in parte diei festi. aut
neomenie. aut sabbatorum quae sunt umbra
futurorum. corpus autem christi. Nemo uos se
ducat uolens in humilitate et religi
one angelorum quae non uidit ambulans
frustra inflatus sensu carnis
sue. et non tenens caput ex quo totum cor
pus per nexus et coniunctiones sub
ministratum et constructum cres
cit in augmentum dei. Si ergo mor
tui estis cum christo. ab elementis mundi
huius. quid adhuc tanquam uiuentes
in mundo decernitis. Ne te
tigeritis. neque gustaueritis. neque
contrectaueritis quae sunt omnia in interitum
ipso usu. secundum precepta et doctrinas
hominum. quae sunt rationem quidem habentia
sapientie in superstitione et humilitate
et non ad parcendum corpori. non in honore
aliquo. ad saturitatem carnis.
Igitur. Si conresur ·III·
xistis cum christo quae sursum sunt quae
rite. ubi christus est in dextera dei sedens. quae
sursum sunt sapite. non quae super terram.
Mortui enim estis et uita uestra ab
scondita est cum christo in deo. Cum autem ap
paruerit christus uita uestra. tunc et uos
apparebitis cum illo in gloria. Mortificate
ergo membra uestra quae sunt super terram. forni
cationem. inmunditiam. libidinem.
concupiscentiam malam. et auariciam
quae est ydolorum seruitus. propter quae uenit
ira dei super filios incredulitatis.
in quibus et uos ambulastis aliquando cum
uiueretis in illis. Nunc autem deponite et
uos omnia. iram et indignationem.
maliciam. blasphemiam. turpem ser
monem de ore uestro. Nolite menti
ri inuicem. expoliantes uos ue
terem hominem cum actibus suis et induentes
nouum eum qui renouatur in agni
tionem dei. secundum ymaginem eius qui creauit
illum. ubi non est masculus et femina. gentilis
et iudeus. preputium et circumcisio. et barba
rus et schyta. seruus et liber. sed omnia
et in omnibus christus. Induite ergo uos sicut
electi dei. uiscera misericordie. benignitatem.
humilitatem. modestiam. patientiam. sub
portantes inuicem et donantes uobis
metipsis. si quis aduersus aliquem habet que
relam. sicut et dominus donauit nobis.
ita et uos. Super omnia autem caritatem
habete. quae est uinculum perfectionis. et
pax christi exultet in cordibus uestris. in qua
et uocati estis in uno corpore. et

et grati estote. Verbum Christi habitet
in vobis habundanter. in omni sapientia docentes
et commonentes vos metipsos in psalmis
et ymnis et canticis spiritualibus. in
gratia cantantes et psallentes in cordi
bus vestris domino. Omne quodcumque facitis in
verbo aut in opere. omnia in nomine domini ihesu christi.
gratias agentes deo et patri per ipsum. Mu
lieres subdite estote viris.
sicut oportet in domino. Viri diligite
uxores vestras. et nolite amari esse
ad illas. Filii obedite parentibus per omnia
parentibus. hoc enim placitum est in domino. Pa
tres nolite ad indignationem provo
care filios vestros. ut non pusillo animo
fiant. Servi obedite per omnia dominis
carnalibus. non ad oculum servientes.
quasi hominibus placentes. sed in simplicita
te cordis timentes dominum. Quod
cumque facitis ex animo operamini. sicut
domino. et non hominibus. scientes quod a domino
accipietis retributionem hereditatis.
domino christo servite. Qui enim iniuriam
facit. recipiet id quod inique gessit.
et non est personarum acceptio apud deum. Domini.
quod iustum est et equum servis prestate. sci
entes quod et vos dominum habetis in celo.

Orationi instate. ·IIII·
vigilantes in ea in gratiarum acti
one. orantes simul et pro nobis. ut deus
aperiat nobis hostium sermonis ad loquendum
misterium christi. propter quod etiam vinctus sum. ut
manifestem illud. ita ut oportet
me loqui. In sapientia ambulate
ad eos qui foris sunt. tempus redimen
tes. Sermo vester semper in gratia sit sale
conditus. ut sciatis quomodo oporteat vos
unicuique respondere. Que circa me sunt
omnia vobis nota faciet Tythicus karissimus
frater et fidelis minister. et conservus in domino.

quem misi ad vos ad hoc ipsum. ut cognos
cat que circa vos sunt. et consoletur corda
vestra. cum Onesimo karissimo et fideli
fratre. qui est ex vobis. quod omnia que hic a
guntur nota facient vobis. Salutant
vos Aristarcus concaptivus meus. et
Marcus consobrinus barnabe. de
quo accepistis mandata. Si venerit
ad vos excipite illum. et ihesus
qui dicitur iustus. qui sunt ex circumcisione.
hii soli sunt adiutores mei in regno
dei. qui mihi fuerunt solatio. Salutat
vos. Epaphras qui ex vobis est servus
christi. semper sollicitus pro vobis in orationibus. ut
perfecti stetis et pleni in omni vo
luntate dei. Testimonium enim perhibeo
illi. quod habet multum laborem pro vobis
et pro his qui sunt Laodicie. et qui Iera
poli. Salutat vos lucas medicus
karissimus. et demas. Salutate fratres
qui sunt laodocie. et nympham. et que
in domo eius est ecclesiam. Et cum lecta
fuerit apud vos epistola. facite ut et
in laodicensium ecclesia legatur. et eam
que laodycensium est vos legatis.
et dicite archyppo. vide mini
sterium quod accepisti in domino. ut illud
impleas. Salutatio mea. manu
Pauli. Memores estote vinculorum
meorum. Gratia domini ihesu vobiscum amen.

Ad Laodicenses.

PAULUS. apostolus
non ab hominibus neque per
hominem. sed per ihesum christum.
fratribus qui sunt Laodycie. gratia
vobis et pax a deo patre nostro.
et domino ihesu christo. Capitulum

GRatias ago christo per omnem
orationem meam. quod estis
permanentes. et in eo perseve

rantes in opib; ei. sperantes p
missum in die iudicii. uel ei.
Dilecti quod audistis presentia m
na retinere. et facite in timo
re dni. et erit ub unia eius.
Est .e. ds q operat in ub. l. facite
sine retractu qd que facitis.
et q e diluti gaudere in x. et p
cauere sordidos in luc. petti
ones ure pala sint ap dm. l.
estote firmes in sensu x. et in
teg. et ua et pudica et iusta et
amabilia facite. et q audistis
et accepistis in corde retinere
et erit ub pax. Salute oes fres in
osclo sco. Salutant uos oes sci. g
d. n. i. x. e spu uro. am.

G. Prologus ad th.

Gratiande fidei testimoniu
thesalonicensib; phib
eut dr. Vos e fris imita
tores nri fci estis et dni. ut q;
ill dee ad pfcone testat illa
sua q d. suffic discipto u sit
s. m. ei. et seru s. dns ei. Nec tnl
ubo pdicasse id aplo suffic. s;
ipa opa pferet in mediu. p q ad
uirtute imitatois pfecerat.
l. ascenderat. Tanto naq; fer
uore spd et gaudio. pdicatoe;
euglii susceperut. ut tribulatioib;
q obuiauat auditu eox. mi
nime frangerent. s; i occone
leticie ducerent q eq ad usi pa
terent. Que constantia eox uicinis
q; regionib; i. macedonie et acha
ie. eis suo magisterio fuit q aie
fide deberent uirtutes suscipe
tm u anunciaridi sue dne eos
pbuisse reuerentia a. u s n apli
s; di cederet presentis uba reso
nare. Cui rei documtu fuit
q psecutioes a cotribulib; susce
ptas ad imitatione eox q in
iudea erant eccliu eq aio susce
pat. de qb; ad heb. d. Ista et uinc
ti compassi estis et ra. box u. c g. s.
hos q consequit obuestbus amon; u
partas ia uirtutes. n sot sollicite
custodiant. s; et cottidianis acces
sib; i cumlm pduant. P. pcione
et caritatis eis studia cmdat.
eo amun. q. d eos a do edoctos.
u ex neo n egent magistio. am
mon; i fine tristicia mitigare
p spe resurrectionis q de car ox
amissioe nascebat. de ipi q; re
surrectionis l. ordine l. qualitate l. de
incerto tepox docet. ff q incta
uigilantes spu et sobos amicis d
eos debe maiore sollicitudine
ppare.

T. ARGUM.

THESALONYCENSES sunt
macedones i x ihu q re
ceperant uerbu ueritatis et p
stiterut i fide et i psecutione
ciuiu suox. P. tea n receperut ea
q a fls aplis dicebant. hos collau
dat a scbens eis ab athis.

Epistola.

PAULUS. ET.
SILVANUS
et Tymotheus.
ecce. Thesaloni
censiu. i do patre et
d. i. x. gra uob et pax.
Gracias agimus
do sp p oib; uob memo
ria uri facient i orob; nris
sine intermissioe. memores

operis fidei vestre et laboris et caritatis
et sustinentie spei domini nostri iesu christi ante deum
et patrem nostrum. Scientes fratres dilecti
a deo electionem vestram quia evangelium nostrum
non fuit ad vos in sermone tantum. sed et in
virtute et in spiritu sancto et in plenitudine
multa. sicut scitis quales fue-
rimus in vobis propter vos. et vos imitato-
res nostri facti estis et domini. excipi-
entes verbum in tribulatione multa. cum
gaudio spiritus sancti. ita ut facti sitis
forma omnibus credentibus in macedo-
nia et in achaia. A vobis enim diffa-
matus est sermo. non solum in macedonia
et achaia. sed in omni loco fides vestra que
est ad deum profecta est. ita ut non sit nobis
necesse quicquam loqui. Ipsi enim de vobis an-
nuntiant qualem introitum habu-
imus ad vos. et quomodo conversi estis
ad deum a simulacris servire deo
vivo et vero. et expectare fili-
um dei de celis quem suscitavit
ex mortuis dominum iesum qui eri-
puit nos ab ira ventura.

Nam ipsi scitis ·II·
fratres introitum nostrum
ad vos. quia non fuit inanis. sed ante
passi et contumeliis affecti sicut
scitis in philippis. fiduciam habuimus
in deo nostro loqui ad vos evangelium dei in
multa sollicitudine. Exhorta-
tio enim nostra non de errore neque de in-
mundicia. neque in dolo. sed sicut proba-
ti sumus a deo ut crederetur nobis
evangelium. ita loquimur non quasi hominibus placen-
tes. sed deo qui probat corda nostra. Neque
enim aliquando fuimus in sermone adu-
lationis sicut scitis. neque in occasione
avaricie. deus testis est. nec querentes
ab hominibus gloriam. neque a vobis. neque
ab aliis. cum possemus honori vobis esse
ut christi apostoli. sed facti sumus parvuli
in medio vestrum. tamquam si nutrix fo-
veat filios suos. ita desiderantes
vos cupide volebamus tradere vobis
non solum evangelium dei. sed etiam animas nostras. quia
karissimi facti estis nobis. Memores
enim estis fratres laboris nostri et
fatigationis. nocte et die opera-
tes ne quem vestrum gravaremus. predica-
vimus vobis evangelium dei. Vos enim testes
estis et deus. quam sancte et iuste et
sine querela vobis qui credidistis fuimus.
sicut scitis qualiter unumquemque vestrum tamquam
pater filios deprecantes vos et consola-
tes testificati sumus. ut ambula-
retis digne deo qui vocavit vos in
suum regnum et gloriam. Ideo et
nos gratias agimus deo sine intermissi-
one. quia cum accepissetis a nobis
verbum auditus dei. accepistis
illud non ut verbum hominum. sed sicut vere
est verbum dei qui operatur in vobis qui cre-
didistis. Vos enim imitatores
facti estis fratres ecclesiarum dei que sunt in iudea
in christo iesu. quia eadem passi estis et
vos a contribulibus vestris sicut et ipsi
a iudeis. qui et dominum iesum occide-
runt et prophetas. et nos persecuti sunt
et deo non placent. et hominibus adver-
santur. prohibentes nos gentibus
loqui ut salve fiant. ut imple-
ant peccata sua semper. Prevenit enim
ira dei super illos usque in finem.
Vos autem fratres desolati a vobis ad tem-
pus hore aspectu non corde. habundantius fe-
stinavimus faciem vestram vide-
re cum multo desiderio. quia voluimus veni-
re ad vos. ego quidem paulus et semel
et iterum. sed impedivit nos sathanas.

ad ephe. ii
q. ii. l.

Que est enim nostra spes. aut gaudium. aut corona glorie. Nonne uos ante dominum ihesum estis in aduentu eius. Vos enim estis gloria nostra et gaudium.

